*Ego quidem exiſtimo hic agi de Verbo Æterno quod fuit ab æterno ſic Auguſtinus huius Epiſtolæ initio, Hieronymus in caput primum Amos, Chryſoſtomus Homilia de diuite epulone, & Homilia 29. in caput tertium Ioannis, Athanaſius qui oratione ſecunda contra Arrianos ex hoc loco Chriſti æternitatem colligit, Bernardus ſermone 4. pænoſæ Hebdomadæ, Cyrillus libr. ad Theodorum de recta ad Deum fide, Lyra, Gloſſa, Heſelius, & Claudius qui illud initium de Patre generante filium intelligunt.*



*ligunt.*

*Et probatur quia Græcè vt Oecumenius, Claudius, Heſellius, & Cagneius notarunt, vox illa initium idẽ ſonat, ac in principio Euangelij dicitur in princio erat Verbum.*

*Fateor tamen non incongruè poſſe referri illud, quod fuit ab initio, ad doctrinam in Euangelio contentam, quaſi dicat, finito iam Euangelio annũciamus vobis totam ab initio Chriſti hiſtoriam, tum quia ſic melius quadrat quod ſequitur, quod audiuimus, & vidimus de verbo Dei, nullus autem tam ab initio res Chriſti tractauit ac Ioannes, qui ab æterna generatione Euangelium inchoauit, tum quia vox illa ab initio non certé æterni-*

ternitatem ſonat, ac ſi diceret (quod erat in initio.) Unde Patres bene colligunt ex primo Ioannis in principio erat Verbum, eius æternitatem, quia iam in principio erat, non autem eandem vim habet præpoſitio Ab quæ denotat ex tunc eſſe. (Deſde entonces era, no dize que entonces ya era) ſicut Geneſis ſecundo plantauerat Dominus paradyſum voluptatis ab initio, & Iſaiæ 45. quis auditum fecit hoc ab initio? Unde ea loca quæ Frãciſcus Ribera in caput 5. Michææ numero 44. affert, vt probet ab initio idem eſſe quod ab æterno contra eum faciunt, nam vbi alicuius rei æternitas exprimitur in Scriptura vel dicitur ante initium, vel



vel aliquid additur voci ab initio. Prouerbiorum 8. Dominus poſſedit me ab initio additur, antequã quidquam faceret Pſ. 89. á ſæculo tu es Deus receſſerat priusquã orbis fieret Michææ 5. Egreſſus eius ab initio, quod de diuina generatione Chryſoſtomus Cyrillus & Hieronymus interpretantur, additur, á diebus æternitatis, numquam autem inuenies (ab) poni in Scriptura pro (ante) vt ab initio idem ſit quod ante initium, neque quod initium ſit idem quod æternum, vt ab initio ſit idem quod ab æterno.

Circa ſecundum Chryſoſtomus homilia de diuite Epulone, de auditione ac viſione ſpirituali intelligit, Hieronymus in caput primum Abdiæ de

Dei notitia, internaque loquutione. Pluribus hunc ſenſum probat Beatus Vigilius contra Eutichem lib. 5. Bibliotheca tomo 5. folio 280. Hoc probat Vigilius, tum quia non gloriatur Ioannes de viſione ac tactu qui communis erat Iudæis videntibus, audientibus, & contrectantibus Chriſtum, ſed de ſupernaturali cognitione quæ illis cõmunis non erat, tum quia cùm idcirco Ioannes hæc annunciet, vt fideles habeãt ſocietatem cum illo, abs re erat eius cognitionis corporalis mentionem facere, in qua non poterat eſſe ſocietas, ſed ſpiritualibus quæ fidelibus eßet communis.

At Auguſtinus hìc Oecumenius, & Aretas de corporali cognitione



tione ſenſuum intelligunt, idem videa in Maxentio dialogorum lib. 2. cap. 15. & Athanaſio vbi ſupra qui ex hoc loco veram Chriſti humanitatem probat quæ videri, contrectarique poſſit. Bernardus Sermone 4. pœnoſæ hebdomadæ, (ſicut cognitio veſtit ſibi vocem, ſic filius aſſumpſit carnem apud Patrem inuiſibilis, ſed hic manus noſtræ contractauerũt, & quod erat ab initio inuiſibile videmus oculis noſtris) Cyrillus lib ad Theodoriũ de recta fide, id circoque ait Apoſtolos vocari Lucæ primo. Inſpectores verbi Dei.

Mihi arridet D. Thomas in caput primum Apocalypſis hunc locum explicans, vtramque ſequitur ſentẽtiam

*& primo quod audiuimus ſiuè ſpiritualiter à Prophetis quorum monumenta triuimus, ſiuè corporaliter vel à Baptiſta cuius diſcipulum Euangeliſtam fuiſſe Gloſſa, & Lyra ex antiquorum mente teſtantur, vel ex Deipara Virgine à qua Ioannem Theologiã reconditam accepiſſe conſtat. Quod vidimus, ſiuè corporaliter vt ipſe ait vidimus gloriam eius in monte ſcilicet, ſiuè ſpiritualiter* (Echamos de ver y reparamos en ello) *Ut Ioſue 23. Videte ſortitus ſum vobis ſortes iſtas. Manus contrectauerunt vel corporaliter, dum poſt reſurrectionẽ ſe ſuis palpandum exhibuit, ſiuè ſpiritualiter, vt dicimus* (Emoslo tocado con las manos, experimentado, y paſſado por ello)



# NOTATIO POSITIVA.

ALiquarum vocum vis erit perpendenda, & primo circa illud perſpeximus optimè notauit Oecumenus Græcè eſſe Zeromen quod eſt magna conſideratione rem aliquam intueri. Eſt enim à nomine Zeame quod eſt eſpectaculum, res viſu dignißima, ſic enim Chryſoſtomus notauit in id ad Galathas 3. Venit Paulus videre Petrum, non eſſe vocem Izim, ſed Zeromen. Quod eſt eorum qui magnas vrbes inuiſunt, & ſingula quæq; contemplantur admirabundi. Eádem

voce Pſal.118. attenta atq; pro-
funda mandatorum Dei conſi
deratio declaratur, tuncnõ cõ
fundar cum perſpexero in om
nibus mandatis tuis. Abenezra
ſi cõprehẽderim cur illa impe
raueris. Cui⁹ vocis vis bene Ac
torum 28. ex Iſaiæ capitæ 6. ex-
primitur videntes videbitis, &
non perſpicietis (*Vereis cien ve-
zes vna coſa, y no repararcis ẽ ella, co
mo quiẽ no la vé*) Eãdẽ ferévim ha
bet aliud verbũ Græcè chipto
quod eſt ſe inclinare ac magno
videndi ſtudio oculos demitte
re, ingenti rei videndæ auidita
te, quæ vox perſpiciendi etiã
verbo declaratur. Iacobi pri-





mo, qui autem perſpexerit in
lege perfectæ libertatis, Gagne
ius, qui intuendi ſtudio ſeſe in
clinauerit. Significat etiam re
rum minimarum accuratam
conſiderationem. Sic enim
Lucæ 6. tunc perſpicies, vt eij-
cias feſtucam de oculo fratris
tui. Ioannes ergo non ſolum
vidit ſed accuratè perſpexit,
miratus eſt, & ſingula quæque
minima ſcrutatus.

Circa verbum contrectaue-
runt Græcè eſt vox quæ ſonat
palpo, quod cæcorum eſt ma-
nu veſtigantium, rimor vel ſtru
tor eorum qui in tenebris ma-
nibus attrectant quaſi dicat

Ioannes tãta erat illius maieſtas, ac claritas, vt quantúvis viderimus, ac perſpexerimus, adhuc quaſi cœci manibus palpabamus diuinitatem quaſi in eo cognoſcentes, & manibus palpantes in tenebris, in hac enim vita ſolùm contrectamus, in futura comprehendimus. Significat etiam iterum, atque iterum aliquid tangere, ſic enim ſecundo Machabæorum 5. numero 16. impius ille ſceleſtis manibus templi vaſa contrectabat (*Manuſeaua*) ſic licèt diuerſo affectu, nõ ſemel, ſed ſæpius contrectauimus. Significat etiam dulcè, ac iucundè aliquid pulſare, ideò hoc verbo vtitur Euſtachius cũ de chordis in cythara pulſatis agit, idque ſignificat, quam dulcem diſcipuli cum Chriſto vitam agerent.

Licèt Quintilianus lib. 8. Oratoriarum inſtitutionũ cap. 4. verborum, ac ſententiarum congeriem idem ſignificantium, in oratione permittat, & aliquando laudet, vt ex oratione pro Ligario probat, nã & ſi non per gradus aſcẽdat oratio, tamen velut aceruo quodam eleuatur, vt Ribera etiam in Sophoniæ caput primum numer. 65. ex Scriptura probat, tamen

men verborum congerie quorum alia alijs vim addunt, illuſtrior redditur oratio, vt illud Ciceronis (abijt, exceſsit, euaſit, erupit) vt Pſalm. 130. Si dedero ſomnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem, & Prouerbiorum 6. Paululum dormies, paululum dormitabis. Et Math. 25. Dormitauerũt omnes, & dormierũt. Hoc igitur aſcenſu vtitur Ioannes à minoribus ad maiora procedens, cum enim auditui viſus, & huic præſtet tactus; prius ſe audiuiſſe, vidiſſe, perſpexiſſe contrectaſſe, teſtatur.

Tantam verbi repetitioné, vidi



vidimus perſpeximus, & iterum vidimus redolere quis dubitet animum certiſsimum, & quæ dicit, vt certiſsima, ac veriſsima aſſeuerantem? Sic doctiſsimus Pater Salmeron adnotauit addens comune eſſe Ioanni hac voce Amen in ſuis ſcriptis vti. Apocalypſis 22. venio cito. Amen. capite primo. Tribus terræ etiam. Amen. capite tertio. Hæc dicit, amen, vt aliqui Hiſpanè (*Si, aſsi es*) quaſi nõ ſolũ verba menti concordent, ſed ſtatim mens prolata verba confirmet.

Dubitabis cur Ioãnes ſe dicat ab alijs audi viſſe, cum tamen Paulus

Paulus ad Galathas 1. id affirmare recuſet, notũ vobis facio Euangelium quod Euangelizatũ eſt à me, quia non eſt ſecundum hominem, neque ego accepi ad homine, neque didici. Reſpondo id fuiſſe neceſſe dicere Paulum, quia parũ authoritatis habere putabatur à Galathis, vt potè ad hominibus edoctus, idcirco ad Galathas ſecundo dicebat, quibus neq; ad horam ceſsimus ſubjectionis, mea nihil refert, quales fuerint qui aliquid eſſe videntur. & poſteà. Qui videntur eſſe aliquid nulla mihi mandata dederunt. Quod cùm nullus de Ioãne ſuſpicari



picari poſſet, liberè ait quod audiuimus.

Colligitur etiã ex hoc loco verũ eſſe quod Bernardus ſermone 59. ſuper cantica, fine, notauit, hæc ad introducẽdam fidẽ ex diuina largitate concurrere, auditũ, ſcilicet, & viſum, vt latus ad animã per vtrasque feneſtras ingreſſus pateat veritati, habes in monte ſtupenda claritate transfiguratum, & nihilominus ſuperna voce teſtificatum, habes in jordani ſimul columbam deſignantem, & vocem teſtificantẽ, citó ſuadetur quod dicitur, dũ quod ſtupetur auditur. Ideò Canticorũ ſecundo.

do. Flores apparuerunt, & vox turturis audita eſt. Sic Ioannis, & audiuiſſe, & vidiſſe teſtatur.

## NOTATIO THEOLOGICA.

IOannis cognomento Theologi ſinguli quique apices cœleſtem Theologiam ſpirant, vnde Dionyſius Epiſtola 10. ad Ioannem in exilio ſcriptam Ioannem appellauit ſolem, Euangelij, & eius ſcripta veræ Theologiæ memoriam, & renouationem; & Cyrillus de Incarnatione Verbi homilia ſecunda (hæc omnia, inquit, nos docuit Ioannes Euangeliſta, aſtrum, reuera magnum ijs qui in adquirenda pietate negotiantur, qui veritatis amantes rectam, & errorum expertem cupiunt habere fidem. Si quis itaque ad hunc modum negotia-





ri cupit Theologi huius voces, velut aſtrum quoddam menti ſuæ adhibeat, atque ita amaru entos hæreticorum fluctus ſuperabit, ſerenum portum tenebit, ad ipſamque veritatem Chriſtum perueniet.) Hæc ille, quæ ſemel dicta ſint pro noſtrarum Theologicarum notationum, in Ioannis Epiſtola, labore, neque perſequendi, ſed attingendi ſolum Theologicas quæſtiones eſt animus.

## * EX HOC LOCO * Chriſti diuinitas colligitur.

A Cyrillo Alexãdrino Chriſti Diuinitas colligitur, de recta in Deum Fide, Athanaſio oratione ſecunda contra Arrianos, Oecumenio, Areta, Lyra, & Gloſſa hic & me

ritó quia vt Auguſtini verbis vtar, non tunc cœpit verbum quia quod erat ab initio dixit, & cõfirmatur quia vt Claudius, Heſellius & Gagneius notarũt, Græcè eſt, quod erat ab initio, vt legit Auguſtinus, ergo vt idem Auguſtinus ait Epiſtola atteſtatur Euangelio in principio erat verbum.

Præterea qui eſt, vel qui erat, nomen proprium eſt Dei, vt notauit Iuſtinus ſermone ad Gẽtes folio 15. quia idcirco, ait, Moiſsi dictũ eſt ſum qui ſum, & ipſe qui eſt miſit, me ad vos. Vbi notat Iuſtinus vocem entis proferri omnibus temporibus communem; id circoque vt Euſebius Cæſarienſis de præparatione Euangelica lib. 11. cap. 7. ait in Propilæis Delphici templi vbi illud ſcriptum erat, noſce te ipsũ ſtatim, ſubdi, teſte etiam Plutarcho libro de ſenſu *ei* hoc nomen *eis*, ideſt, *es* quod explicat Euſebius, vt nobis iam cognitis, Deũ cognoſcamus. Vide de hoc latius Vazquez prima parte queſtione 13. articulo 11. cap. ſecundo vbi Hilarium, Gregorium, Auguſtinum, & Cyrillum affert ex hoc nomine diuinitatem colligentes.

Secundo ex hoc etiam loco

Chriſti humanitatẽ veram col ligit Maxentius Dialogorum libro ſecundo cap. 15. tomo 5. Bibliothecæ & annuit Nazian zenus oratione 37. fine dum de Verbo incarnato agẽs( verbum inquit craſceſcit, inuiſibi lis cernitur, intactilis tãgitur, ) & Pronæus eius Scholiaſter no tauit. Et meritò, nã, vt cum Au guſtino loquar, quis eſt qui ma nibus tractet verbum, niſi quia Verbum caro factum eſt, & ha bitauit in nobis? Verbique incarnationẽ ex eodem loco col ligunt Vigilius contra Eutichem lib. 5. & Iulianus Pomerius Archiepiſcopus Toleranus



nus contra Iudæos libro ſecun do tomo 5. Bibliothecæ.

Tertio Colligitur ex hoc loco manifeſtè cõtra Neſtorium & Cherintum vnam eſſe Dei & hominis in Chriſto perſonam, vt bene ponderauit in hoc loco Bellarminus tomo primo de Incarnatione Verbi lib. 3. cap. 6. & meritò, ait enim Ioanne, ſe vidiſſe oculis, & manibus cõtrectaſſe Verbum, quod fuit ab initio, quod nõ poteſt eſſe verum, niſi ratione vnitatis perſonæ.

Quarto ex hoc loco non leue fundamentum ſumitur ad probandum Apoſtolos habuiſ

 ſe

ſe euidentiam quam Theologi vocant in teſtificante veritatis doctrinæ Chriſti, ac diuinitatis eius ortam ex eius doctrina, Prophetarũ prædictionibus, miraculorum veritate, quæ fidei non repugnat, qua homo voluntariè aſſentitur non ſenſibus humanis, ſed diuinæ veritati innixus, de quo vide Suarez ſecundo tomo in tertiam partem queſtione 44. articulo quarto diſputatione 31. ſectione quarta, & Salmeron de Incarnatione fol. 276. eamque ex hoc loco colligit Lyra qui ait (viderunt Apoſtoli Chriſtum cœcos illuminantem,





tem, mortuos ſuſcitantem, & huiusmodi alia quæ non poſſunt niſi virtute diuina fieri, & ſic virtus diuinitatis videbatur quodam modo in operibus illis, ſicut cauſa in effectibus ſuis ſuo modo. Idem ex hoc loco colligit Maldonatus in Ioannem cap. 6. numero 69. perpendens verba illa Petri, & nos credidimus & cognouimus quia tu es Chriſtus, quaſi dicat, non ſolum quia tu docuiſti, credidimus, ſed quia re vera ſumus experti te filium eſſe Dei cognouimus, propterea enim prius dixit, credidimus, poſteà, cognouimus, quia plus quiddam

eſt cognoſcere, quám credere, ac debuit oratio gradatim aſcendere, ſicut Ioannis 4. Samaritani mulieri dixerunt, iam nõ propter loquelam tuam credimus, ipſi enim audiuimus, vidimus, & ſcimus quia hic eſt verè Saluator.

Ex hoc etiam loco colligit Didimus Alexandrinus in huius Epiſtolæ commentarijs, nõ ſolum Thomam ſed alios Apoſtolos Chriſti vulnera manibus contrectaſſe, eſtque doctrina Auguſtini, ſermone 18. de verbis Domini & ſermone 155. & 158. & Leonis Epiſtola 10. capite quinto, idemque ex hoc





loco colligere antiquos, grauesque Patres tradidit Maldonatus in caput 24. Lucæ circa illa verba Chriſti, palpate & videte & in caput 20. Ioannis in id oſtendit ei manus & latus.

Sexto notandus eſt modus ille loquendi Lyræ, & Gloſſæ, quod fuit ab initio ſcilicet à Patre, Hilarius enim quarto de Trinitate folio ſecundo. ( Confitemur, inquit, filium, non ab initio ſed ab initiabili, ) & Vazquez prima parte ſecundo tomo queſtione 37. articulo primo cap. primo probat Patrem non poſſe dici initium. *Concordia* ſumitur ex

Bonauentura primo diſtintione 29. articulo primo ad ſecundum nam Lyra, & Gloſſa ſumunt initium latè pro principio à quo aliud procedit, Hilarius verò ſtrictè pro initio durationis.

Nec diſſimulanda eſt impudentia Caluini ex hoc loco colligentis Apoſtolos ea ſolùm potuiſſe fidelibus tradere quæ ipſi à Chriſto audiuiſſent vel vidiſſent, non denuò alia, aut credenda proponere aut exequenda mandare, ſi quidem Ioannes ea ſolùm dicit quæ audiuit & contrectauit, ſed abeat Caluinus, ex hoc enim loco ſolùm colli-



colligitur eorum quæ Ioannes docet certitudo, vt cum de Chriſto idem Ioanues dicebat in Euangelio, quod audiuit, & vidit loquitur, imó ipſe predixerat Apoſtolos à cœleſti ſpiritu de alijs docendos eſſe.

Vltimô denique notandum bene à Theologis doceri quædam à Sacris Scriptoribus tradi, ſolùm ſupernaturali cognitione cognita, & ab Spiritu Sãcto immediatè inſpirata; quædam vero quæ naturali cognitione tenebant, quæ ſcilicet audierant, viderant, & contrectauerant, ad illa opus erat ſpeciali reuelatione diuina, ad hæc autem

autem non egebant ſupernaturali lumine & expreſſa reuelatione, ſed auxilio, ac directione diuina, vt licé humano modo ſcirentur, nullatenus in eis narrandis errarent, cuiuſmodi ſunt hæc quæ manibus contrectaſſe dicit Ioãnes, ſcilicet Chriſti Seruatoris hiſtoria in Euangelio contéta, vide Canum lib. ſecundo de locis cap. 16. reſpõſione ad ſecundum.

## NOTATIO MORALIS.

*CUm tres mihi conuiuæ ſint poſcentes vario multum diuerſa palato, Scripturæ nudus expoſitor, qui verborum ſententiarumque nudum ſenſum ac filum iure ſuo exigit, Theologus qui nobis dogmata Theologiæ ex Scriptura, ſed precipuè ex nouo teſtamento eruendi curam valdè commendat, & Euangelicus Concionator, qui aliqua ad mores pertinentia, licét obiter tacta precibus enixé poſtulat: omnibus vellem ſatisfacere, cum omnibus ſatisfaciendi nactus ſim materiam vberriman, ſeorſum quæq; ponentur, vt alter ſuo cibo contentus, me, quòd alteri cibum præbeam ſuntu, ac labore non modico, non vituperet.*

*Ecce igitur Euangelice Doctor, qui Dei Arcana alijs annuncias in primis Ioannis verbis, tui*

*tui muneris expreſſam imaginem, ſi te in ordine ad Deum, & ad te, & ad dicenda; & ad auditores conſideres in quibus tota boni Doctoris ratio continetur.*

*Et circa primum notandum idcircò Doctores doceri à Deo, vt alios doceant, audire, videre, & contrectare, vt populo annuncient, quaſi Deus in eorum animis ſeminet, ipſi vero fructum per labia effundant, inde predicatio dicitur fructus laborum Iſaiæ 57. creaui fructum labiorum pacem, pacem ijs qui longè, pacem ijs qui propé Paulus ad Epheſios ſecundo pro fructu labiorum dixit Euangelizauit pacem, quaſi dicat Iſaias fructus labiorum prouenìens ex ſemine diuina*



*no in corde Apoſtolorum, quibus Chriſtus dixit pacem meam do vobis, erit pax & gratia Euangelica, quam hominibus annunciabunt: prædicatio ergo dicitur fructus labiorum, qua ſi fructus terræ qui ex occulto ſemine erumpit à verbo Hebræo quod ſignificat fructificare ſic enim vbi legimus Prouerbiorum* 10. *os iuſtim di tabitur ſapientiam. Hebraicè eſt fructificabit vel propagabit ſapientiam. Idem verbum ſignificat annuos redditus Pſ.* 62. *diuitiæ ſi affluant, nolite cor apponere. Hebraicè facultates ſi prouenerint. Item* ( la coſecha de la tierra ) *eadem enim vox habetur Iſaiæ* 27. *radicem aget Iacob, florebit germen, replebuntur ſuperficies orbis*

*orbis terræ prouentu, & Ezechiel 36. multiplicabo fructum arborum, & prouẽtũ, agri quia fructus labiorum* (Es la coſecha de lo que Dios ſembro, el redito de lo que le pagamos, el fruto de la ſemilla que eſcondio en nueſtra alma es la predicacion.) *Quibus conſonat Prouerbiorum 22. inclina aurem tuam, appone cor ad doctrinam cum ſeruaueris in ventre tuo, redundabit in labijs tuis, ideſt, abundè fructificabit; locus optimus in id Matthæi 25. ſerue nequã & piger ſciebas, quia meto, vbi non ſemino, & congrego vbi nõ ſparſi, quaſi prædicationis talentum abſcondere, ſit ſemen recipere, & fructum non facere.*

*Notan-*



*Notandum ſecundò quò quis in Deo maiores egerit radices, eò vberiores fructus effundet, quod ex hoc Ioannis exemplo patet, qui, cum audiendo, videndo, & contrectando in Dei cognitione altas radices egiſſet, tot, tantaque alijs annunciat; ſic enim Iſaiæ 37 ad literam de Apoſtolis eorumq́; fructu in orbe faciẽdo dicitur, & mittet id quod ſaluatum fuerit de domo Iudà, & quod reliquũ eſt radicem deorſum, & faciet fructum ſurſum, quia de Hieruſalem exibunt reliquiæ, & ſaluatio de monte Syon. Ecce ad proportionẽ deorſum radicis agentis, fructus ſurſum eleuati ſublimitas declaratur. Quod ex alia comparatione ſupra declarata probatur claui in altũ*

F *de*

de fixi, quò enim altius figatur clauis eò tutius res ab illo pendebit.

Tertiò notandum cognitionem miſteriorum Dei hominem quaſi impellere, vt pro Dei laude cuius bonitatem videt loquatur, zelumque animarum fidei eſſe effectum. Sic ego intelligo id Pſalmi 118. Credidi propter quod loquutus ſum vel, vt eſt in Hæbræo, in Congregatione Iuſtorum laudaui nimus. Non ſolùm quia fiducia, & in Deum ſpes ei ſpiritus adderet, ſed quia fides, eius linguam ad Dei laudes nimis decantandas inflãmabat, vt Paulus 2. Corinth. 4. Credimus propter quod, & loquimur. Sic Iſaias cum clarius Dei myſteria penetraſſet, cũ eius ſolium, angelorumque voces perpendiſſet,



ſet, clamat, Væ mihi quia tacui, vellet ſcilicet, ab eius cuius viderat maieſtatem laudẽ nunquàm ceſſaſſe. Sic Canticorum 8. optat ſponſa ſponſum inuenire, & illum poſtéa ſuis manifeſtare quis mihi det, vt inueniam te foris, & introducam in domũ genitricis? Quaſi dicat te cognitum á me meis cognoſcendum proponam. Iterumque cum bibiſſet vinum meum. (Como eſtà alegre dà a brindar a otros) Et ait. Inebriamini Chariſsimi. Ioannes ergo cum audierit, viderit, & contrectauerit hæc annunciandi, ſemel atq; iterum zelo flagrat.

Quartò. Vt Chryſoſtomi verbis vtar tomo 3. homilia primá in Ioannẽ (Magiſtri eſt in his quæ dicit nihil ambigere)

bigere) idcirco enim Ioannes, vt Chryſoſtomus ibidem notauit, toties Verbi, verbum repetit, quia nihil dubitat nihil coniectatur. Sed certa omni ratione proloquitur, idcirco toties vocẽ amen repetere diximus ſupra, & ideo quondam Prophetæ in ſe experiebantur quæ prædicebant, vt certius quaſi rem illam experti loquerentur. Sic Eſaias 20. Tribus diebus nudus, diſcaltiatus inceßit inſignum populi de ducendi ab Aßyrijs cum ingenti ignominia, ſic Hieremias 27. Fecit ſibi catenas ligneas, vt populi capti à Nabuchodonoſore vincula prophetaret, ſic Ezechiel poſuit ſartaginem, & laterem contra Hieruſalem cap. 4. & raſit ſibi capillos, diuiſitque tripliciter, cap. 5. in ſignum populi obſidionis, & Dei iræ flagrantis, ſic & 3. Regum 22 Sedechias accepit cornua ferrea, ad Syriæ deletionẽ ſignificandam per ipſum Achab, ſic idem Ezechiel 3. & 4. panem ed ex ſtercore bouis ad famem populi futuram declarandã. Hæc omnia facta fuiſſe credo, vt quaſi rẽ iam experti Prophetæ, certißimi futura doceret. Certißimus ergo Ioannes hæc annunciat quæ manibus contractando expertus eſt.

Ultimò notandum quantum Euangelij tempora præſtent antiquis, in diuinis percipiendis myſterijs. Iſaias dicebat 64. à ſæculo non audierũt neque auribus perceperũt, oculus non vidit, Deus abſque te, & quæ prepara

 ſti

ſti expectantibus te. Quæ verba licet Dionyſius 12. de cœleſti Hierarchià, Chryſoſtomus, Theodoretus, Anſelmus, Auguſtinus, et Tertullianus de ſpiritualibus bonis à Chriſto allatis intelligant, ſed Hieronymus de myſterijs Chriſti, & eius cognitione cum Chryſoſtomo, & Oecumenio, & Mario li. 1. contra Arrianos interpretantur. Hi legunt neque oculi noſtri videbunt Deum abſq; te. De hoc ergo neque audito neque viſo à ſæculo, ait Ioannes, ſe vidiſſe, & audiuiſſe, anteà neq; mōs vbi aparebat, manibus tāgēdus erat ſub mortis pœna, nūc ipſiſſimus manibus contrectatur, anteà neq; videri, vt potè fumo ſeptus, neque audiri ſonantibus tonitruis, nunc auditur, & perſpicitur.



picitur, anteà vt ait Paulus ad Epheſios 2. alijs generationibus non eſt agnitus Filijs hominum, ſicut nunc reuelatus eſt, ideſt, vt Hieronymus, & Thomas hìc; clarè, & perfectè, ſed ſub caligine, & eminus tantùm, nunc vt idem Paulus 1. ad Corinthior. 2. ait ſapietiā loquimur in myſterio quæ abſcōdita eſt, quam predeſtinauit, ſcilicet, Chriſtum (Athanaſius enim legit de Incarnatione Verbi non quam ſed quem) ipſum annunciamus, cuius rei figura preceſſit in eo quod Origenes homilia 7. ſuper numeros narrat ante quàm Moyſſes æthyopiſſam duceret vxorem, Deum cum illo ænygmaticé agere, poſteà vero Numerorum 12. os ad os, palam, & non per ænygmata,

*mata, quaſi poſt nuptias Verbi cũ natura humana clarius cum homine agendum eſſet.*

## APPENDIX.

*Ad præcedentem numerum.*

CVm in nullo alio Scripturæ loco Seruator noſter Ieſus *Chriſtus*, Verbum vitae dicatur, niſi in præſenti, non abs re eſſe exiſtimaui latẽtia in hoc complexo Verbum vitæ, myſteria pro meo captu proferre.

Et primo Patris æterni filium Verbũ in Scriptura vocari nullus dubibat, clariora loca ex ve





teri teſtamento Geneſis 28 ſi fuerit Deus mecum, & cuſtodierit me erit mihi Dominis in Deum. Hebraicé, ſi fuerit Verbũ mecum, erit mihi Verbum in Deum. Et Iſaiæ 7. Adiecit Dominus loqui ad me. Hebraicè adiecit Verbum Domini alia loca vide in Salmerone tomo de incarnatione, & alibi ſæpe, & Maldonato, & Toleto in caput primum Ioannis, quibus adde ab ipſis met Ethnicis Verbũ dici, ſufficiat pro omnibus alijs teſtimonijs oraculum Apollinis conſultum ab Argonautis poſt captam *Cilicum*, cui nam ſtructum templum di

caret, quibus Apollo reſpondit.

*Aßidua ſublime de:ꝰ virtute parate*
*Atque vnum ſic mando Deum qui*
*cuncta gubernat*
*Cæleſti reſidem ſolio colite atq; timete*
*Illius æternum verbum anteque ſæcu*
*la Verbum*
*Neſcia Virgo viri quondã partu, &c.*

¶ Sic Gilander vertit carmine apud Cedrenum vide etiam Surium quarto tomo ex Symacho.

Licèt multis in locis filius Verbum dicatur, nullibi autem Verbũ vitæ dicitur niſi in præſenti, Ioannes enim qui ſolus Verbi



Verbi nomen vſurpauit ſolùm nunc verbum vitæ dixit, ad cuius rei reddẽdam rationem ſuppono Dei filium ab Sriptura & Patribus duplici titulo dici Verbum, ſiuè propterèa quæ ipſi conueniunt in ordine ad Patrem à quo generatur, idcirco enim Baſilius homilia 16. ſuper prima verba Ioannis dici putat Verbum, quia eſt perfecta Patris imago, Dioniſius Romanus apud Athanaſum Epiſtola de ipſius ſententia, Hilarius libro ſecundo de Trinitate, Auguſtinus tract. primo & 14. in Ioannem quia eſt Patris expreſſa notitia, Nazianzenus ora-

oratione quarta de Theologia Ambroſius lib. de fide capite ſecundo Chryſoſtomus homilia ſecunda in Ioannem, Aretas in cap. 19. Apocalypſis, quia ſine vlla paſsione, aut corruptione procedit, ſicut ratio ex anima, aut notitia ex ratione.

Secundo ob ea quæ Dei filio conueniunt in ordine ad nos, idcirco enim Auguſtinus ſermone 190. & Iſidorus lib. 7. Originum cap. de filio, dictum eſſe Verbum putant, quia per illum Deus omnia fieri iuſsit, ſemperque fuit Verbum, quia ſemper fuit aptum, vt per illum Deus res fieri iuberet, & Origines



nes lib. primo in Ioannẽ homilia ſecunda in diuerſos, Nazianzenus oratione quarta de Theologia, Epiphanius hæreſi 73. Chryſoſtomus homilia Secunda in Ioannem, Clemens Alexãdrinus in pedagogo capite 12. quia nobis interpres ſit paternæ voluntatis & ſententiæ, ſicut vocale verbum mentis, voluntatiſque noſtræ, eſt ſignum.

Hoc ſuppoſito aſſero hoc additũ, Vitæ, magnam vim addere voci Verbi, ſiue in ordine ad Patrem, ſiue in ordine ad nos, intelligatur Filius, primũ quia vt Thelogi docent filius generatur, generatio autem eſt viuen-

viuentis à viuente, ex vi enim actionis viuens procedit filius, & ſimilis, quomodo non procedit Spiritus Sanctus Ioannes ergo qui Dei filij naturam, & à Patre generationem prædicandam ſuſceperat, id nos hoc addito docere vult.

Secundo in ordine ad nos conſiderato Verbo, bene additur vox vitæ, ſi enim Verbum dicitur, quia per illud Deus cuncta efficit, vt ſupra probaui, & cōſtat Eccleſi 37. initium omnis operationis Verbum, quod Auguſtinus lib. 15. de Trinitate capite ſecundo de Verbo æterno interpretatur, cū precipuè vitam



vitam efficiat, vt patet Pſal. 106 *Miſit verbum ſuum, & ſanauit eos, & eripuit eos de interitionibus eorū* & *ſapientiæ 16. neque herba neq; malagma ſanauit eos, ſed ſermo tuus Domine, qui ſanat omnia*: Optimè verbum vitæ dicitur, quia in regione vmbræ mortis ſedētibus vita fuit, venitque, vt homines vitam habeant, & abundantiùs habeant.

Si verò, verbū dicitur, quia verbo nos docet, vt dixi, dicetur verbū vitæ, quia vitā precipuè docebat, de ea ferè sēper in cōmuni ſermone agēs, vt cuiuis Euangelium legenti conſtabit, vnde dicebat Petrus. Quò ibimus

mus quia verba vitæ æternæ habes. Quò, inquam, niſi ad mortem, ſi â te qui vitam doces recedimus?

His adde dici etiam poſſe Verbum vitæ, ideſt verbum ſtãs promiſsis, in Scriptura enim viuus dicitur qui in promiſsis nõ deficit, Petrus cap. primo per verbum Dei viui, ideſt non deficientis, idcirco enim ſubdit, omnis caro fænum, verbum autem permanet, & cum Chriſto agens qui promiſerat centuplũ accipietis, ait verba vitæ æternæ habes, ideſt (*Ciertas, y que no desfalleceran.*) Id circò in iuramentis Deus vtitur illo modo loquen-



loquendi viuo ego dicit Dominus (*Yo lo digo que quedò viuo para hazello bueno;*) idcircoque idem verbum dicitur veritatis, ideſt, fidele, genuit enim nos verbo veritatis, quia nos filios futuros eſſe promiſerat.

Denique dicitur Verbum vitæ, quia non eſt verbum quaſi aërem verberans, ſed viuum, & efficax & penetrabilius omni gladio ancipiti. Ad Hebræos quarto quod de Chriſto intelligit Ambroſius lib. 4. de fide prope finem. Reliqua verba aures ſolùm audientium pulſant, in aëre moriuntur, verbũ tamen hoc cum viuum ſit pe-

netrat cordis intima, ideoque á Beato Iacobo dicitur ſuſcipite inſitum verbum, quod poteſt ſaluare animas veſtras, & quem ad modum inſita arbor ei cui inſeritur vitam ſuam cõmunicat,& quam habebat interficit,ſic hoc Verbum vitæ inſitum humanæ naturæ ſaluat animas, vt ait Iacobus, & inſtar gladij penetrat, vt ait Paulus quia vitam nouam adfert,& veterem aufert.

Vltimo nota non dum dictum eſſe Verbum vitæ, donec fuit verbum mortis, qua donauit vitam. In veteri lege dicebatur verbum Domini, vt patet



tet legenti Prophetas: poſteà dictum eſt Verbum tantùm, vt patet legenti Ioannem, initio & progreſſu Euangelij, quia Verbum illud domini nobis etiam cõmune erat caro factũ, mortuũ vero, iam dicitur Verbum vitæ, vel cognomẽto à vita quam adquiſiuit ſibi,& ſuis, ſiue vt animaduerterem⁹,quod & ſi verbum caro factum mortis fuerit capax,immortale tamen,& natura viuens ſit.

*Numerus ſecundus.*

*Et vita manifeſtata eſt,& vidimus,& teſtamur,& annunciamus vobis vitã æternam quæ erat apud Patrem, & apparuit nobis.*

## *EXPLANATIO LI- teræ.*

ECCE SECVNdã exordij partem in qua cõciliata beneuolentia ex dicentis ſcientia, amplius ex dicẽdorum grauitate conciliatur, ait enim ſe teſtari, & annunciare vitam quæ fuit apud Patrem ab æterno, & hominibus in tempore apparuit. Sed iam rogas quid nomine *Vitæ* intelligatur, & quæ nã ſit hæc manifeſtatio?

Circa primũ Auguſtinus quẽ omnes feré expoſitores ſequuntur,



tur, Oecumenius, Beda, Dionyſius, & alij de Verbo Æterno interpretantur quod manifeſtum eſt in carne, cum antè latuiſſet in Patre, nunc ergo ait Auguſtinus *in ſole poſuit Deus tabernaculũ ſuum* ideſt (*Sacò Dios a luz el hijo que tenia eſcondido*) Idem ſequitur Gagneius, & Claudius, & Maldonatus in id Ioannis 1. in ipſo erat vita.

Cajetanus vero per vitam intelligit vel gloriã Chriſti D. oculis corporeis in mõte tribus manifeſtatam, & poſt reſurrectionem omnibus, vel gratiam qua Apoſtoli vixerũt & ſe videbãt viuere quæ pign⁹ eſt vitæ æternæ

quæ prius in ſolo Patre in com municata hominibus latebat, poſteà verò Chriſti corpori cõmunicata apparuit Apoſtolis. dura certè, & præter rem videtur explicatio.

Heſelius per vitam hanc intelligit tum Chriſtum D. qui de ſe loquens ait Ioan.11. *Ego ſum reſurrectio, & vita*, tũ vitam æternam quam hominibus attulit, *Venit enim, vt vitam habeant, et abũdantius habeant*, Tum maximè illius cognitionem, *Hæc eſt enim vita æterna, vt cognoſcant te, et quẽ miſiſti Ieſum Chriſtum*, Ioannis 17.

Ego vero exiſtimo de duplici vita Ioãnem agere in preſen ti,



ti, primò de vita eſſentiali quæ eſt ipſum verbum, ſecũdò de vita ſpirituali quæ eſt à verbo. Ad cuius declarationem ſuppono Verbum ipſum dici vitam, ſic Ambroſius in enarratione Pſalmi 36. & Auguſtinus tract. 1. in Ioannem in illa verba Ioannis *in ipſo vita erat* ſcilicet verbum, interpretantur, quemadmodum enim, quondã dicebatur Deus viuens. *Viuo ego dicit* Dominus, &c. & 1. Reg. 25. *dicetis ſic per viuẽtẽ* ne iudicaretur De⁹, ſicut alij Dij vita carere, vt Hieronymus, Euthymius, & Beda notarunt in id Math. 16. *Filius Dei viui* ſic verbũ factum caro, & mortuum dici-

 tur

tur ſpecialiter vita ne iudicare-
tur aut vitam cum ortu inchoaſ
ſe, aut eam cum morte finijſſe,
id circò enim ipſe Christus ſe to
ties in Euangelio vitã appellat,
vt cũ natus eſſet, & moriturus
æternam vitam antè ortum, &
poſt mortem habere exiſtima-
retur, Ioannes 4. numer. 14. Si-
cut Pater habet vitam in ſeme-
tipſo, ſic dedit, & filio habere vi
tã in ſemetipſo. Et Petrus eius
diuinitatem affirmãs, vt ibi Pa
tres notant, *Tu es*, inquit, filius
Dei viui, quaſi dicat te viuũ, vel
ipsũ vitã eſſe confiteor. Idcirco
q; Ioánes qui de Verbo Dei ſo
lus egit pluriès in ſuis ſcriptis
de



de vita agit. Verũ dicitur Chriſ
t' vità noſtra propter gratiã cu
ius eſt aucthor, & vitã æternam
quã nobis morte adquiſiuit, ſic
Chryſoſtomus, Theophilact',
Amoni' præsbyter, & Theodo
r' Mobs in catena Græca intelli
gũt id Ioan. 1. *vita erat in ipſo* quia
in ipſo noſtra ſpiritualis vita cõ
tinebatur, idẽ Clemẽs Alexãdri
nus exhortatione ad Gẽtes, ad
Colloſſ. 3. *Cũ apparuerit Chriſt' vita
noſtra*. 1. Ioã. 5. *Vitã æternã dedit no-
bis Deus, & hæc vita in filio eius, qui
habet filiũ, habet vitã*. En duplicem
vitam æternã quæ erat in filio,
& temporalem quam credenti
bus dedit.

 Et

Et meritó quidem. Etenim ſi apud Oſſeam dicitur *mors mortis* quia illam interfecit, ſic hominis vita dicetur quia illum viuificauit, iuxta illud primæ Corinth. 15. *in Christo omnia viuificabuntur*, & prima ad Timotheum 6. *qui viuificat omnia in Chriſto*: quòd ſi dæmõ ipſe mors dicitur, quia fuit aucthor mortis, vt patet Apocalypſis 20. *Infernus et mors miſſi ſunt in ſtagnũ ignis* Ideſt dæmõ, Tartareæque pœnæ, vt Auguſtinus explicuit 30. de ciuitate cap 15. Ergo Chriſtus melius vita ipſa dicitur qui eã mundo attulit.

Hoc ſuppoſito dico, in illis verbis primis, *Et vita manifeſtata*

*eſt*



*eſt, & vitam æternam, quæ apparuit nobis*, Duplicem hanc vitam ſignificare quia cũ immediatè anteà dixiſſet Verbum vitæ, quam vitæ vocẽ duplicem ſenſum habere diximus, vel de vita æterna quam filius, vt genitus habet à Patre, vel đ ſpirituali, cuius aucthor fuit, nunc per parenteſim vtranque vitam explicat, & vita manifeſta eſt, ſpiritualis, ſcilicet quam nos viuamus iuxta id Paulli 2. Corinth. 4. nos qui viuimus in mortem tradimur, propter Ieſum, vt & vita eius manifeſtetur in carne noſtra mortali ideſt varia tormenta ſuſtinemus, vt vitæ quã Ieſus nobis attulit immortali-

talitas innoteſcat, nō enim, & vita eſt quæ cū morte moriatur, sēper enim nos qui viuimus in mortē tradimur, noluit fateri ſe mori, ſed ab hoſtibus tradi in mortē, ibiq; vitā Chriſti manifeſtari. Per vitā autē æternā quæ fuit apud Patrē, & apparuit nobis, vitā intelligo 1. modo, ſcilicet ſubſtātialē Chriſti Dñi; dicitur enim apparere, quaſi anteà latuiſſet; & illud apud Patrē cōſonat euāgelio verbū erat apud Deū. Circa 2. quæ nā ſit hæc manifeſtatio? Auguſtin⁹, Oecumenius, & oēs expoſitores de manifeſtatione in carne intelligūt iuxta illud Pauli 1. ad Thimot. 3,

quod



quod manifeſtatum eſt in carne, iuſtificatum eſt in ſpiritu, ideſt Chriſtus, qui homines in diuinitate latebat, manifeſtus eſt eis in humanitate, manifeſt⁹ enim dicitur quaſi ad manus foris ſtans, cōtrectatum; ergo manibus iure, dicitur manifeſtatū Verbum.

Ego verò exiſtimo poſſe etiam interpretari de manifeſtatione facta ab Apoſtolis per prædicationem Euangelij, vnde ad Titum primo ait Paulus manifeſtauit Verbum ſuum in prædicatione Euangelij quæ credita eſt mihi, imò ipſa prædicatio Euangelij dicitur manifeſta-

ta-

tatio 1. ad Corinthios 4. in manifeſtatione veritatis commendamus noſmetipſos, ideſt in aperta Euangelij predicatione.

Neque obſtat ſtatim addi manifeſtatam nobis, quaſi de manifeſtatione facta à Deo Apoſtolis loquatur potius, quam de manifeſtatione Dei per Apoſtolos facta, nam vtraque manifeſtatio qua Deus ſe Doctori manifeſtat, & qua à Doctore manifeſtatur in Scriptura iungitur quaſi cauſa & effectus. Sufficiant duo loca Pauli ſecunda ad Timotheum primo vbi Apoſtolus agens de miniſterio illi commiſſo, vocauit, inquit, ſecun-



ſecũdum propoſitum ſuum & gratiam quæ data eſt nobis in Chriſto ante tempora ſæcularia, manifeſtata eſt autem nũc per illuminationem Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, qui deſtruxit mortem & illuminauit vitam. Vide, gratiam prædicandi Chriſtum, vná cum Chriſto ante tempora latuiſſe: vide, manifeſtatam hanc gratiam per illuminationem Chriſti, ideſt Chriſto in lucem prodeunte, prædicationem ſuorum in lucẽ prodijſſe. Vel, Saluatore illuminãte Apoſtolos, eorum predicationem manifeſtatam; ſibi cõſonat Paulus ſecunda ad Corinthos

thos quarto, quoniã Deus qui dixit de tenebris lucem ſplendeſcere ipſe illuxit in cordibus noſtris ad illuminationem ſciẽtiæ claritatis Dei in facie Chriſti, ideſt illuxit nobis vt lucere nus alijs, & glorioſam illius cognitionem illuceſcere alijs faceremus. Ideò lucernæ dicũtur, quia illuminatæ illuminant, & alios illuminare faciũt. Ad rem ergo, prius vitam ab Apoſtolis manifeſtatam dicit, & poſteà, quaſi indicãs cauſam, eandem eis apparuiſſe, ſeu manifeſtatã, eſſe, vt legit Oecumenius teſtatur. Quibus lectio Auguſtini cõſonat. Et apparuit in nobis, vt ſcilicet, alijs manifeſtaremus.



## NOTATIO POSITIVA.

*BENE Maldonatus in primum Ioannis caput notauit Ioannem præ alijs nomine vitæ vti. Hæc enim vox filij naturam ſatis explicat, vt vidimus, & Marius Victorinus lib. quarto aduerſus Arrium probat. Bene etiam Salmeron prolegomeno 14. de phraſibus Hebraicis folio 10. Ioannis ingenium calluit, cum dixit illum præ alijs nominibus abſtractis vti, cũ de Chriſto agit, quia abſtracta, & Dei ſimpliciſsimam naturam, & amoris ingentem vim exprimunt, vtrumque in Chriſto explicandum Ioannes ſuſceperat.*

*Optimè Claudius, Catherinus, &*

*H al i*

alij notarunt in præſenti illam coniunctionem, et, ſumi pro quia, quaſi rationem reddat Apoſtolus viſionis & cõtrectationis de qua dixerat, quia ſcilicet, manifeſtata eſt cõmuneq; eſſe in Scriptura, et ſumi pro, quia probat Theophilactus in id Lucæ primo. Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ideſt, quia benedict⁹ fructus. Et Gregorius Niſſenus homilia de Natali Domini circa id Lucæ ſecundo gloria in excelſis Deo, & in terra pax, ideſt, quia in terra pax erit gloria Deo ſit. Iſaias 46. Ecce tu ira tus es, & peccauimus, ideſt quia peccauimus. Matthæi 17. ceci derunt in faciem ſuam, & timuerunt valde, ideſt, quia timuerunt, vide alia innume ra loca in Cantapetrenſi lib. 8. Hypothipoſion cap. 9. & Salmerone tomo primo prolegomenon 16. de phraſibus Græcis, qui pro ſe hunc locũ Ioãnis afferunt.

Bene etiam Cardinalis Toletus notauit in id Ioannis primo hoc erat in principio apud Deum in hoc loco noſtro quæ erat apud Patrem, ſupplendam eſſe particulam tantùm quaſi dicat, quod tantùm apud Patrẽ erat, id apparuit nobis, qui vſus particulam tantùm ſub intellegendi, bene probatur ex Paulo ad Romanos ſecundo non enim qui in manifeſto Iudæus eſt, neque, qui manifeſtò in carne circunciſio eſt, & ad Romanos quarto. Beatitudo hæc in circunci-

ſtione manet, an etiam in præputio manet?

Notandum maximé Græcé in illis verbis vitam æternam bis repiti articulum Græcum, ten, ideſt annunciamus vobis illam vitam illam æternam, quaſi dicat illam vitam anthonomaticé vitam quæ ſe ipſa fons eſt & origo viuendi, quem modum loquendi diuinitatem & excellentiam ſignificare video in verbis Petri Matthæi 16. iuxta rigorem Græcum tu es Chriſtus ille illius Dei, illius viuentis, vt bene ponderauit Theophilactus, & Ioannis 14. ego ſum illa via, illa veritas, & illa vita, cum ergo bis articulum repetat de vita agit quam Prophetæ prædixerãt, illam, in quam, de qua Deuteronomij 30. time Dominum, & adhære illi, ipſe eſt enim vita tua, illam qua oſſa arida vixiſſe vidit Ezechiel 37. ingreſſus in ea Spiritus & vixerunt, illam de qua Iſaias dicebat, audite, & viuet anima veſtra.

Quarto Ponderanda etiam eſt vis verbi, manifeſtandi, in Scriptura enim ſignificat aliquem pro aliquo declarari. (Declararſe por amigo deſcubierto de alguno) Pſalmo 39. numero tertio, manifeſtare coram Ephrain, Beniamin, & Manaſſe quaſi dicat deſcende ad tuum propitiatorium, ede tuæ præſentiæ & virtutis ſigna hoſtes vincendo. Secundo ſignificat rem cum magna maieſta

re & ſplendore apparere Pſ. 49. numero quarto, Deus manifeſte veniet. Septuaginta. Deus illuceſcendo veniet (Vendra cõ mucho luſtre, trãtandoſe ſplendidamente) Sic ergo Verbum manifeſtatum eſt. (Declaroſe por notorio, y claro amigo del hombre, y deſcubrioſſe con grande luſtre cantado de Angeles adorado de Reyes, autorizado con milagros) & hæc omnia includuntur in eo verbo vita manifeſtata eſt.

Quinto circa illud Verbum annunciamus Græcè eſt ſignificãs, ideſt, ab alio mandata renuncio, eorum qui legatione functi id quod egerunt, referunt, vt patet ex Demoſthene in Temiſtocle.



miſtocle; ideo enim Deuteronomij 32. interroga patrem tuum & annunciabit tibi ea, ſcilicet, quæ audiuerat à maioribus. Sic Reges illi Iſaiæ 60. qui legati erant Gentilitatis, ſi quidẽ illis ad Chriſtum accedentibus omnes de Sabà veniſſe, & munera obtuliſſe dicuntur laudem Domino annũtiabant, ideſt, omnium quorum legati erant, nomine, Dei gloriam decantabant, & in hoc capite numero quinto, & hæc eſt annunciatio quam audiuimus ab eo & annũciamus vobis. Doctores ergo legati in Scriptura dicuntur, vt de ſe teſtatur Paulus, ſecũda Corinthorum quinto, numero ſecundo pro Chriſto legatione ſungimur & ad Epheſios ſeſto numero ſecun-

*do pro quo legatione fungor. Hinc inéelliges quantum crimen exiſtimet Paulus autorum ſecundo numero, ſecundo non annunciare omne conſiliũ Dei, teſtes inquit, eſtis quod mundus ſum à ſanguine omnium, non enim ſubterfugi, quominus annunciarem omne conſilium Dei quia ad legatum pertinet fideliter annunciare quæ audit.*

*Vltimò nota vim verbi, apparuit, Oecumenius legit manifeſtata, & iure quidem optimo propriè enim eſt illuxit, ſic enim Hieronymus & Chryſoſtomus iuxta fontem legunt ad Titum tertio numero quarto illuxit humanitas Saluatoris, quæ cum de luce egerimus amplius perpendentur.*

*NOT A-*



## * NOTATIO THEOLOGICA. *

QVam pulchrè Ioannes Chryſoſtomus homilia prima in Ioãnem tomo tertio ( quem ad modum, inquit, veritas de terra Mariæ Virginis orta eſt, & propterea iuſtitia de cœlo proſpexit per quam dæmonem confregit, & nos ab eo liberauit, ita eadem veritas de virginali Ioannis Euangeliſtæ anima egrediens, ſcripto tradita eſt, vt pro nobis contra hæreticam prauitatem dimicet, atque hæreticos dæmonis organa expugnæt ) hæc ille, nos verò quàm verum ſit hoc ex precedenti ſententia colligamus.

Et in primis Cyrillus, Alexãdrinus lib. 12. Theſuari cap, 7. ex hoc vitæ nomine Deum eſſe Chriſtum confirmat. Creatura enim inquit vita eſſe

I non

non poteſt ſed particeps vitæ. Primus Adam factus eſt in animam viuẽtem, ſecundus eſt ipſa vita æterna. Ex eodem nomine hic & alibi cum articulo Græco poſito colligit idem Cyrillus dialogo quinto de Trinitate filium eſſe Patri conſubſtantialem,cum articulo,inquit,& ſingulariter, ſe ipſum dicens vitam,an non Patrem ac Deum ſuum negauerit eſſe vitam, niſi vnius naturæ ambos eſſe dixerimus? & per ambos ad nos æqualiter vitam venire, non ex duobus,ſed ex vno Deo nos viuificante ) hæc ille. Vide filij æternitatem contra Cherintum, qui teſte Epiphanio recentem & nudum hominem Chriſtum dicebat: nam ſi ante manifeſtationem latebat, ergo iam erat, licèt occultum; quod enim non eſt, latere non dicitur,ſed non eſſe neque apparere dicitur quod non erat, ſed quod erat occultum, ergo qui manifeſtus



feſtus eſt in carne latebat in Deitate.

Secundò Perpende illam particulam,apud,& vide filium à patre naturã accipientem, vt hic ponderauit Auguſtinus lib.ſecundo de Trinitate, nõ ſicut Deos gẽtium,natura diſtinctos, & voluntate,Vide filium Patri coëternum vt ex hoc loco cum Patribus Eccleſiæ probat Salmeron tomo ſecundo in id Verbum erat apud Deum. Vide filium à Patre procedentem apud enim rationem denotat principij vt Pſ. 36. apud Dominum greſſus hominis dirigentur, ideſt à Domino Pſ. 108. hoc opus eorum qui detrahunt mihi apud Dominum,ideſt qui ſic meis operibus detrahunt,quaſi à Domino non eſſent Pſ.31. apud te laus mea in Eccleſia magna,ideſt iuxta fõtem, & Tertullianum lib.tertio adverſus Marcionem. ( à te eſt quòd te laudibus celebrem ) ergo vita æterna apud Patrem

eſt filius ab æterno à Patre procedens. Vide filij à Patre diſtinctionẽ neque enim dici poteſt quis eſſe apud ſe, ſed apud diſtinctum, ſi non natura, in perſona.

Vltimo perpende verba apparuit & manifeſtari & vide eorum ſtolliditatem qui ex hoc loco apud Beatum Vigilium lib. quinto contra Euthichem tomo quinto Bibliothecæ colligebant in Chriſto duas non eſſe naturas, ſed vnam & eandem prius latẽtem, poſteà manifeſtatam, cum ex hoc loco ſolùm colligatur idem Verbum quod in natura diuina latebat, apparuiſſe in humana.

## NOTATIO MORALIS.

*CVm filium vitam vocari dixerimus non ſolùm quia vitam in ſe continet, ſed quia eam alijs impertitur & præſtat, vt multi Patres id Ioannis primo in ipſo vita erat interpretantur, perpendito quanto amore Deus in nos beneficia conferat, vt id nominetur quod dat, & noſtram iuſtitiam ſuam reputet iuxta id ſecundæ ad Corinth. 5. efficeremur iuſtitia Dei in ipſo: vide quantum in ſpangendo dona glorietur, vt á donis ſibi cognomenta ſumat, ſiuæ familiæ á rebus præclarè geſtis cognomina, & ſtemmata adquirunt vt Africanus quia eam ſuis ſubiecit, Carthaginenſis quia eam deleuit: Deus non ab interficiendo, ſed à viuificando, non ab his quæ ſibi adquirit, ſed quæ ſuis largitur, nomen comparat. Sic Ioannis 14. numero 6. dicitur via, Veritas, & Vita quia cœli viam oſtendit, veritatem docet, donat & vitam: dicitur oſtium Ioannis 10. numero 9. quia clauſas cœli ianuas aperuit, per ipſumque in*

troire dicitur qui per ianuas ab illo apertas ingreditur: dicitur Eccleſi 44. factus in tempore iracundiæ reconciliatio, quia per Chriſtum reconciliata ſunt omnia in Chriſto, numero 20. dicitur ſalutare Dei Iſaiæ 52. & Geneſis 49. ſalutare tuum expectabo, quia eſt ſalutare noſtrum Pſ. 78, Deus ſalutaris noſter & Deuteronomij 32. receſsit á Deo ſalutari ſuo dicitur Apocalypſis 21. initium & finis quia initium iuſtificationis operatur in fidelibus & finem in perfectis hominibus. Adde quondam dici deſiderium collium æternorum. Geneſis 49 numero 26. quia homines ſui deſideriò inflammabat. Expectatio Gentium, ſiuè quia ex Gentibus paucißimi, vt Iob & alij illum expectabant, & omnes, ſi mente conſtarent expectare tenebantur. Nunc ergo dicitur fluuius aquæ viuæ, quia vitam largitur: lignum vitæ quia eam impertitur panis vitæ & intellectus, quia vtroque hominem reficit, ac denique ipſa vita æterna, quia immortli vita replet mortales. Claudat hoc Auguſtinus qui ſermone 38. de verbis Domini tomo 10. dicebat [verbum Dei eſt forma quædam, forma non formata, ſed omnium formatorum forma] quæ verba licet D. Thomas prima parte queſtione tertia articulo tertio ad ſecundum de forma ideali & exemplari explicét, loquitur etiam de perfectione quam communicat, ſi quidem ait, fundamentum quoddam in quo omnia ſunt, & faſtigium ſub quo omnia ſūt. Eodem affectu ſuos indui Deus vult, vt munus quod erga ſuos exercent, nominentur quod ex eo colliges quod exodi 28. iuſsit Deus in rationali Sacerdotis poni veritatem & doctrinam. Hebraicé vrin, & turin. Græci &

*Septuaginta manifeſtationem quod nihil aliud erat, quàm ipſi duodecim lapides, & duodecim Patriarcharum nomina, qui teſte Ioſepho tertio antiquitatis cap. 9. fulgentes oracula redderent, & Dei voluntatem declararent: dicuntur autem ipſa veritas & doctrina quia eam docebant, & veros Eccleſiæ Doctores adumbrabāt quia eo affectu mundum illumināt, vt ipſa lux & manifeſtatio veritatis à Chriſto nuncupentur.*

¶ Quod & vidimus, & audiuimus annunciamus vobis, vt & vos ſocietatem habeatis nobiſcum, & ſocietas noſtra ſit cū Patre, & Filio eius Ieſu Chriſto, & hæc ſcribimus vobis, vt gaudium veſtrum ſit plenum.

*EXPLANATIO Literæ.*





ECCE TERtiam, & vltimā exordij partē ex qua ex ſuo erga legentes animo, eorum ſibi beneuolentiam conciliat; indicans duo illum excitaſſe ad has literas mittendas, vt communis fidelium inter ſe, & cū Chriſto ſocietas cōtrahatur, & vt eos pleno gaudio reficeret.

Pro huius ſententiæ explicatione tria mihi declarāda ſunt. Primò quomodo hæc cum precedenti connectatur. Secundò in quo cōſiſtat hæc fidelium inter ſe, & cum Chriſto ſocietas,

& quomodo ea per hanc Epiſtolam iniatur. Tertiũ quid ſit gaudium plenum, & quomodo illud ex hac Epiſtola miſſa oriatur.

Circa primum Auguſtinus ſic connectit. Cum ſe audiuiſſe, vidiſſe, & manibus contrectaſſe Chriſti myſteria dixerit Ioannes, infelices ſe poſſent exiſtimare fideles, quod eadem illis ſors non contigiſſet, eosque ſolatur, quia idcirco annunciat, vt ſocij ſint, eandẽ fidem tenentes. Pró quibus Chriſtum dixiſſe ait Auguſtinus, Beati qui nõ viderunt, & crediderunt. Auguſtinum ſequitur Heſelius. Claudius,



dius, & Gagneius aliter. Cum enim Ioannes de æterno illo bono verba feciſſet quo ipſe potitus fuerat, cupimus, inquit, vos hæredes eſſe illius æterni boni per me vobis annũciati in hac Epiſtola, vt cum Paulus 2. ad Corinthios 1. ſe vocat adiutorem gaudij Corinthiorum, id autẽ fit, ſi inter nos ſit ſocietas per fidem, & cum Chriſto per gratiã. Caietanus cùm dixiſſet vitã manifeſtatam eſſe per prædicationem, explicat quorſum manifeſtetur ſeu annuncietur, vt ſcilicet, ſimus conſocij Apoſtolorũ & pares illis; ſequutus eſt Caietanus Oecumeniũ qui hìc proponi

poni teſtatur lucrũ, quod ex annunciatione habent Apoſtoli, ſcilicet, ſocios habere in fide, & omnes vna gaudere ſicut ſeminator ac meſſores, omnes pariter pro ſuis fruãtur laboribus.

Hæc illi, quæ mihi neq; diſplicent, neque valde placent, videtur enim mihi hæc ſententia latentem vitæ ſignificationem proferre: quemadmodũ enim vita naturalis in membrorum vnione inter ſe, & cum anima conſiſtit, ita vt ſi membrum à membro, aut ab anima diuidas vita nõ erit, ſic Chriſtianæ Reipublicæ vita ex Chriſtianorum ſocietate inter ſe, & cum Deo qui



qui huius corporis ſpiritus eſt, conſtat, ita vt ſi vnitas aut fideliũ inter ſe aut à Chriſto diſſoluatur, uita penitus inter ibit: Quod adeò verũ eſt, vt qui antiquã legẽ reliquerit ille mortuus, qui verò nouam receperit illi viuus dicatur ad Galatas 2, numero 19. Legi mortuus ſum, vt Deo viuam. Ait ergo Ioãnes, vt vitam iſtam, legem ſcilicet, Euangelium, & bona quæ Chriſtus adtulit, poſsitis conſequi, vos ad vnionem membrorum inter ſe, & cũ anima hortamur.

Item, quemadmodum ex partium, & humorum cõſenſione ſanitas, & jocunda corporũ valetudo

letudo cauſatur, ſic ex ſupra dicta ſocietate gaudium plenum oritur quod ſanitas in Scriptura nuncupatur. Prouerbiorum 16. numero 24. Dulcedo animæ ſanitas eſt oſsium. Quod gaudium vita etiam ciuilis dici poteſt, idcirco enim in Scriptura vita pro requie ſumitur Iſai. 57. numero 10. Requiem viriũ tuarum inueniſti propterea nõ ægrotaſti. Hieronymus vitam animæ tuæ. Rabbi Dauid. Dulcedo fuit tibi. Idcircoq́; Diuites in Scriptura, qui vt diuitijs, ſic delitijs affluunt viui in Scriptura dicuntur, Eccleſi. 6. numer. 8. Quid pauper niſi, vt pergat illuc



luc vbi eſt vita. Vbi Rabbi Rimhi notauit vitam paupertati opponi, ſicut oppoſita triſtitia mors quædã ciuilis eſt. Prouerbiorum 30. numero 25. Multos occidit triſtitia, ait ergo Ioãnes non ſolùm hæc annuncio vobis, vt vita illa fruamini quæ in ſocietate nobiſcum, & cũ Chriſto cõſiſtit, ſed ſanitate, & ciuili vita quæ in pleno cordis gaudio continetur.

Circa ſecundum Auguſtinus, Gloſſa, Oecumenius, Claudius, Caietanus, & omnes ferè expoſitores de ſocietate in fide intelligunt, quaſi dicat Ioãnes cum Paulo, hæc ſcribo vobis, vt idẽ ſi-

ſapiamus, idē dicamus omnes ad Philippēſes 2. idcirco enim inquit Beda, & Gloſſa, addidit, & ſocietas noſtra ſit cum Patre & filio eius, tum ne leue putaretur vnius fidei ſocietatem habere, cum per hanc ſocietatem fideles in ipſius Dei ſocietatē deueniant, tum vt nos doceret hanc Eccleſiæ vnitatem ab vnitate cum Chriſto pendere, vt enim nos natura docet, vt partes aliquæ in vnam partem cohæreant, neceſſe eſt vt vnitatis originem ex vno ducant, quomodo enim multi riui in vnū coniungi poſſunt, niſi in fonte vno, aut varij radij niſi in vno

ſole,



ſole, diuerſi rami niſi in vna radice, aut multa membra niſi ſub vno capite, ſic multos moraliter niſi in vno vniri eſt impoſsibile, milites in decuriōe, hi in Centurione, hi in tribuno, hi verò in Duce: ſic fideles in vno Chriſto, & Societas noſtra ſit cum Patre & Filio eius.

Ego veró exiſtimo nomine Societatis comprehendi, non ſolùm fidei, ſed vitæ & cōditionis ſimilitudinem, id enim vocem Societatis ſignificare conſtat ex Iob 3. frater fui Draconum, & ſocius ſtrutionum & Iſaiæ primo dicuntur Principes ſocij furum, & prima ad Corin-

K thios

thios 10. dicebat Paulus nolo vos ſocios fieri dæmoniorum, ideſt, illis moribus & vitæ inſtituto ſimiles, & noſter Ioannes infra, ſi dixerimus quia ſocietatem habemus cum eo, & in tenebris ambulamus, mentimur; quod ſi in luce ambulam⁹, ſicut ipſe eſt in luce ſocietatem habemus: & in hoc ſenſu hìc ſocietatem vſurpari patet, quia non ſolùm ad Catholicam fidẽ ſed ad Chriſtianorũ opera hortatur, vt apparet in præceptis omni conditioni hominum infra preſcriptis.

Et notandum illam particulam, vt vos ſocietaté habeatis, poſſe



poſſe primo intelligi, ita vt finis materiæ de qua agitur, & legis quæ à Ioãne docetur, ſit ad charitatem Dei, & proximi fideles excitare, iuxta id quod D. Thomas 1. 2. queſtione 99. articulo 1. ad 2. docuit, ad hoc omnis lex tendit, vt amicitiam conſtituat vel hominum ad inuicem, vel hominis ad Deum) & articulo 2. corpore (intẽtio principalis legis humanæ eſt facere amicitiam hominum ad inuicem, intentio vero legis diuinæ facere amicitiam hominis ad Deum.) Imò effectus quaſi formalis ipſius doctrinæ Chriſtianæ eſt homines inter ſe vnire, hominum

 que

que diuerſiſsima ingenia, qui in rebus alijs quot capita, tot ſententias habent, ſic inter ſe vnire, vt in eandem conſpirent veritatẽ, iuxta id quod Paulus 1. Corinth. 1. dixerat. *Fidelis* Deus per quem vocati eſtis in ſocietatem Ieſu, & quaſi declarãs talis ſocietatis per fidem effectũ, ſubdit, obſecro vos, vt ipſũ dicatis omnes, ſitis Perfecti in eodem ſenſu, & ſcientia, ſeu, vt Vulgata legit, ſententia.

Secũdò ſic particula, vt, poteſt declarari vt ipſe Ioannes in his docendis precipuè intendat, vt ſiqui erant in varias opiniones deſtracti, erroreſq; diuiſi in vnam



nam coaleſcerent fidei, & charitatis communionem: quod munus Doctorum eſſe Paulus docuit ad Epheſios 4. Dedit quoſdã Paſtores, & Doctores ad cõſummationem Sanctorum. Hieronymus inſtructionem, Græcè autur Catharchiſmon, quod eſt reductio oſsis ad debitũ corporis locum, quod anteà declarauerat ſolliciti ſeruare vnitatẽ ad Galathas etiam 9. munus ſpiritualium virorum eſſe, ait præoccupatum in aliquo negotio, ideſt lapſum inpeccatũ, inſtrüere, Grecé Catarchiſete, (*Boluer lo a ſu lugar, y deuido orden con los demas*. Hæc autem ſocietas ſit cũ

Patre, &Filio eius IeſuChriſto, quia Paulus ad Epheſios 6. Chriſtus caput eſt ex quo totũ corpus compactum, & connexum per omnem iuncturam.

Tertio Denique, vt ſocietas hæc ſit quaſi peculiaris fructus moralis delibandus ex ſpeciali doctrina quã de Chriſto Deo, &homine docebat Ioannes, vt, inquam, ex illa diuerſarum naturarum vnione in vno ſuppoſito cum mutua attributorũ ac proprietatũ communione colligerent fideles, quantumvis diuerſi, mutuam inter ſe, & cum vno Chriſto ſocietatem. In exẽplum enim mutuæ charitatis fidelium



delium in Chriſto, duas adhibere ſolet Chriſtus ſimilitudines. Prima, vt quemadmodum ipſe & Pater vn ſunt in natura diuina ſic fideles vnũ ſint in Deo Ioannis 17. ſicut tu Pater in me & ego in te, ſic, & ipſi in nobis vnum ſint. Secunda vt ſicut Deus ſuam largitus eſt Deitatem ſocietatem cum humana natura iniens, ſic, & fideles quantũuis diuerſi vnum ſint inter ſe. Ioannes vbi ſupra. Ego claritatem quamdediſti mihi dedi eis vt ſint vnũ, ideſt ego ſplendor, & cãdor lucis æternæ me communicaui humanæ naturæ vnitum, vt ad huius vnionis inſtar

ipſi inter ſe vniantur ſic etiam Paulus ad Philippenſes 2. cum eos ad charitatem, & humilitatem hortetur, vnanimes honore inuicem preuenientes ad exemplum ſecundi poſuit Chriſti mortem ignominioſam, ad exēplū vero primi, quod ſe exinanierit, formā ſerui accipiens & habitu inuētus, vt homo, vt non de dignentur ſocietatem vnire inter ſe maiores cum inferioribus, cū eandem naturam diuinam & humanam inierit forma ſerui accepta, & Deo inuento vt homine, & in hoc ſenſu vim illius particulæ intelligo Ioannis 17. ſicut tu me mi-





ſiſti iu mūdum & ego miſi eos in mundum, ideſt ſicut tu me miſiſti in mundum cum ſumma diuerſarum naturarum vnióe, quæ radix fuit totius mei meriti, redemptionis humanæ, & ſatis factionis tuæ, ſic ego eos binos in mundum mitto cum ſumma vnione præceptum charitatis commendans. Ioannis 12. hoc eſt præceptum meum vt diligatis inuicem ſicut dilexi vos, quod ràdix erit copioſiſsimi fructus in animarum ſalute, ideò ſubdit & ſint conſummati in vnum, & cognoſcat mundus quia tu me miſiſti, ideſt ex illa diuerſorum hominum in

vno Chriſto cõſummata & perfecta concordia aſcendam ad cognitionem duarum naturarum vni ſuppoſito diuino vnitarum per incarnationem.

Cum ergo Ioãnes in preſenti epiſtola confirmet duas Chriſti naturas vni ſuppoſito vnitas cõtra Cherinthũ proponit eis qui iam fidem tenebant, fructũ moralem colligendum, vt ſcilicet, ſocietatẽ inter ſe haberent & cum Deo.

Circa tertiũ quid ſit hoc gaudium plenum. Oecumenius, Caietanus, Heſelius, Gagneius de cœleſti patria intelligunt hoc gaudium ad quod tendimus vnà,



nà, quod abſolutè dicitur gaudium Mathæi 25. intra in gaudium Domini tui (nunc gaudetis inquit Claudi⁹, quia filij, ſed implebitur gaudium, cum hæreditatem conſequamini) cui expoſitioni fauet D. Thom. in id Ioan. 15. Hæc loquutus ſum vobis, vt gaudium meum in vobis ſit, & gaudium veſtrum impleatur, vt inquam, ait D. Tho, (mei æterni gaudij ſitis participes quo de meo, & veſtro bono gaudeo, de mea, & veſtra fælicitate gaudentes) idem & D. Th. in id Ioannis 17. Petite & accipietis vt gaudium veſtrũ ſit plenum (gaudium, inquit, plenũ,

frui

frui Deo, & Trinitate, vt Augũſtinus docet, tunc ergo, gaudiũ plenum erit cum Iob 22. Super omnipotente delitijs affluet, cũ Iſaiæ 36. Lætitia ſempiterna ſuper capita eorum (*les cubre el golfo de gozo las cabeças*) cum Pſalmo 15. adimplebit nos lætitia cum vultu ſuo (*Con ſolo verle andaremos hartos*) cùm apparente gloria eius ſatiemur Pſalm. 16.

Ego verò cum Auguſtino exiſtimo maximum hìc gaudium ſignificari, quod ex ſupra dicta ſequitur ſocietate, gaudium enim plenum ex ſocietate bonorum inter ſe oriri ſatis mihi ſignificauit Ieſus Chriſtus Ioãnis





17. ſecundum Auguſtini, & D. Thomæ explicationem, cum enim á Deo Patre enixè poſtulaſſet, vt ſui indiuiſam vnitatẽ, & mutuam ſocietatem retinerẽt, vt ſint vnum ſicut, & nos, &c. Subdit, & hæc loquor in mundo, vt habeãt gaudium meum, impletum in ſemetipſis, ponitur enim, inquit D. Thom, (hæc lætitia vt fructus vnitatis, quia vnitas, & pax faciunt perfectè gaudere Prouerbiorum 12. qui ineunt pacis conſilia ſequitur eos gaudium (*Aunque no quierã han de biuir contentos*)

Si verò cum Siriaca, & Oecumenio legas gaudium noſtrum

plenum, ſic benè locum iſtum Paulus explicauit ad Philippenſes 2. Siqua ergo conſolatio in Chriſto, ſi quod ſolatium charitatis, ſi qua ſocietas ſpirit⁹, &c. implete lætitiam meam, vt idẽ ſapiatis. Ecce, vt bene Theophilactus notauit, conſolatio in Chriſto, ſolatium charitatis & ſocietas ſpiritualis iunguntur, ecce quod ad rem facit lætitiã preceptoris impletam, cum idẽ ſapiunt, idem dicunt auditores cum enim plenitudo legis ſit dilectio, gaudium de dilectione erit plenum.

Sed quoniam ideò Ioãnes dicit ſe ſcribere, vt gaudiũ ſit plenum,



num, potius exiſtimo gaudium poni, vt effectum conſequendũ ex epiſtola, & predicatione Ioãnis, iuxta id quod multò ante de Apoſtolorum predicatione vates predixerant, nunc enim Iſai. 51. Conſolabitur Dominus Syon, & ponet deſertum eius quaſi paradiſũ, vt Hieronymus legit cum Hæbræis, & ſermo eſt iuxta Hieronymũ, Dionyſum, Lyranum, & Procopium de lege gratiæ, & conuerſione gentium ad fidem, nunc Iſa. 66. lætãtur fideles cum Hieruſalem, mulgent, delitijs affluũt, & omnimoda gloria eius. Nunc Canticorum 6. Pulchra, & decora facta

ćta eſt amica eiusin delitijs iux ta Niſſeni mentem, nunc Pſal. 64. juxta Hieronymi, Auguſtini Theodoreti, & Vatabli expoſitionem, *Cum omnis caro ad Deũ venient, exitus matutini, & veſpertini delectantur*; ſiuè cum Genebrardo extrema Orientis, & Occidentis lætitia Deus afficit inenarrabili, nunc deniq; reſonat vox jlla quam predixerat Hieremias 33, numero 11. *Vox gaudij, vox lætitiæ, vox ſponſi, & ſponſæ* quæ in notatione morali proſequemur.

*NOTATIO POSITIVA.*

LEctionum varietas, & aliqnarum vocum proprietas perpendatur; & in pri-



in primis Syriacè ſic legirur, & hæc ſcribimus vobis, vt gaudium noſtrum in vobis plenum ſit Noſtrum etiam dicitur, & interpretatur Oecumenius, in aliquo autem eſſe gaudium in Scripturã ſignificat illum gaudij materiam, & ſegetem prebere, vt 1. ad Theſſalonicẽſes 2. Vos eſtis corona mea, & gaudiũ meum ideſt cauſa mei gaudij, & gloriæ, & apud Iſaiam 22. numero 5, ero eis, ait Dominus corona gloriæ, & ſertum exultationis, reſidio populi mei; quia erit eis cauſa gloriandi, ſic vrbs illa Threnorum 2 numero 15. dicebatur gaudium vniuerſæ terræ, quia ſuo ſplẽdore vniuerſum Orbem hilarabat. Et iuxta hæc quàm bene Ioannes adimplet, quot Chriſtus Ioannis 15 volebat Hæc loquutus ſum vobis, vt gaudium meum in vobis ſit, ideſt iuxta expoſitionem Cyrilli lib. 10 cap. 21. vt gaudeatis de his, de quibus, & ego gau-

L deo.

deo. Scilicet hominum ſalute.

Circa Societatis nomen eſt notandum, ſi vim vocis Græcæ perpendas, licèt Chinonia aliquando ſit participatio, & boni alicuius receptio, vt 1. ad Corinth. 10. numero. 16. calix cui benedicimus nonne communicatio ſanguinis Chriſti eſt? & panis non nè participatio corporis Chriſti eſt? vtrobiq; autem eſt Chinonia, & inde apud nos increbuit mos Euchariſtiæ ſumptionē appellandi Communionem, ad Philippēſes etiam 3, iuſtitia in fide ad cognoſcendum illum iu Societatem paſſionū eius, & 2. Corinthiorum 1. ſicut ſocij paſſionum eſtis, ſic eritis, & conſolationis. 1. etiam ad Corinth. 10. Qui edunt hoſtias parricipes ſunr altaris, & 2. Petri 1. diuinæ conſortes naturæ, vtrobique autem habetur in Græco Chinone, ideſt ſocij. Licet & chinonia vel ſocietas, aliquando non paſsi-

vè



vè receptionem, vel communicationem, ſed potius activè beneficentiam & exhibitionem ſignificet, vt ad Romanos. 15. numero 26. probauerunt Macedonia, & Acaia collationem aliquam facere in ſanctos 2. ad Corinthios communicatio Sancti ſpiritus ſit cum omnibus vobis, & ad Hebræos 13. Beneficentiæ communionis nolite obliviſci. In ijs autem locis eſt Chinonia vel ſocietas. Licèt inquam ſocius aliquando dicatur qui recipit, aliquando qui tribuit, in præſenti exiſtimo ſumi pro illo qui vtrumque præſtat, ut ſocietas commertium inter duos ſit quorum alter alteri bonū aliquod præſtat, ſecundum vim & proprietatem vocis Chinonia quam commertium ſignificare à verbo Chineo patet ex Nazianzeno in orationibus, & Platone in Græco theſauro citatis, quod optimè notavit Chryſoſtomus,

homilia 21. in ad Rom. 12. num. 17. neceſsitatibus Sanctorum communicantes, vbi notavit non dixiſſe Paulũ ſub venientes ſed communicantes à verbo Chinoo oſtendens inquit Chryſoſtomus, quod eleemoſyna, negotiatio quædam ſit, tu illi pecuniam offers, ille tibi fiduciã erga Deum adfert, un de eleemoſyna Chinonia vel ſocietas dicitur, eleemoſynam enim illam quæ communitati exhibitur, vel ſocietati veriſsimum eſſe commercium conſtat ex Iſaia 23. cap. numero 18. vbi de Tyro agens ad Chriſti fidem conuerſa iuxta Hieronymi, & aliorum expoſitionẽ, (negotiationes, inquit, eius, & merces eius ſanctificatæ Domino (*Hará de ſus mercadurias vn buen empleo cõ Dios*) Non condentur neque reponentur, [*no las tendra guardadas, ni eſcondidas*] quia ijs qui habitauerint coram Domino erit negotiatio eius [*ſu trato es fiel*,



*es fiel, y ſeguro, porque es con los fieles*] vt manducent in ſaturitatem, & veſtiantur vſque ad vetutatem, ideſt, vt ait Hieronymus (comedant, bibãt, impleantur bonis omnibus, quæ in cõuiuij lætitia fuerint labore cunctorũ collecta (*poniendo cada vno ſu parte goze de los bienes de todoe*) verba illa veſtiantur vſque ad vetuſtatem optime lego Foreuius ex Hebræo ad contributionem durabilem, & ſic explicat erit negotiatio eius ad comedendum ad ſaturitatem, & ad contributionem collectam, ſeu collationem durabilem quæ non exhauritur, ſed ſemper habeant vnde eis neceſſaria ſuppedditentur, ad quem locum Iſaiæ alluſiſſe Paulum exiſtimat ad Romanos 15. & ad Hebræos 3. dum de collectis & collationibus in ſanctos loquitur.

Item coniuges dicuntur ſocij Hieremiæ 3. numero 2. quomodo ſi con-

 temnat

temnat mulier amatorem ſuum. Hebraicè Socium,& Cantic. 5. iſte eſt amicus meus, Hebraicè Socius quia ſibi mutuò officia ſpetant, reſque omnes communicant, vt ait ſponſa dilectus meus mihi,& ego illi.

Socijque mercatores dicuntur,& ſocietas eſt commercium, (*Quando arman compañia, y van a vna a perdida, y ganancia*) Sic enim ff. pro ſocio lege ſi non fuerit §. plerunque dicitur (Societas eſt duorum vel plurium conuentio contracta ob commodiorem vſum,& vberiorem fructum) quæ verba illa explicant ab Spū Sancto pro lata melius eſt ergo duos eſſe quod vnū, habēt enim emolumētū ſocietatis ſuæ, ſi vnus ceciderit, (*Si el vno dela cōpañia q̄brare en ſu trato*) ab altero fulcietur. Quā pulcher ſēſus noſtri loci colligitur ex ijs, ſi ſupponas Chriſtū in animarū ſalute cū Apoſtolis ſocietatē inijſſe (*En eſta grāgeria de almas tienē cōpañia Dios, y los Doctores*) ad Hebræos 2. n. 14. declarās Apoſtolus Iſa. c. 8 n. 18. Ecce (inquit) ego,& pueri mei, loquitur Chriſt⁹, ecce ſocietatē inter me,& pueros, ideſt Apoſtolos, qui, iubēte Chriſto facti ſunt paruuli, quos dedit mihi Deus, iuxta id quod Chriſtus cū Patre loquēs, ſerua eos quos dediſti mihi, quā initā ſocietatē ſequētia verba cū cauſali particula declarāt, quia ergo pueri cōmunicauerūt carni,& ſanguini, ideſt vt Claudius ex vi Originalis legit cōmerciū habuerūt cū hominibus, quia illis dictum eſt negotiamini dū venio Matthæi 25.& Lucæ 19.& ipſe ſimiliter participauit eiſdē (*Entro tambien a la parte, y compañia con ellos*) vt per mortem, ſcilicet, predicatam ab ijs qui non predicabant niſi IESVM,& hunc Crucifixum, deſtruerent mortis imperium. De hac etiam ſocietate

intelligo eũdem Paulum ad Corinth. 2. fidelis Deus per quem vocati eſtis in ſocietatem Ieſu, fidelis inquam, quia teſte Oratore pro Quincio pietate propinquitas, veritate amicitia, fide verô ſocietas colitur: ſunt autem ſocij, vt idem ſapiant, idem dicant, etc. vt infra addit, ſic etiam idem Paulus 1. ad Corinthios 3. Dei operationis ſumus participes Ambroſius adiutores.

Ait ergo Ioannes hæc ſcribo, vt ſocietatem habeatis nobiſcum, vt inquã pro veſtra virili parte in Aſſia veritatẽ defendatis, quam nos defendimus, nec noſtros ſocios eſſe parũ vobis videatur, noſtra namq; Societas eſt cum Patre, & Filio, in quo eos facit Ioãnes nũmularios illos Mathæi 25. ſecundum Origenis, Hieronymi, Bedæ, & Euthymij expoſitionem, vt Paulus ad Timotheum 2. cap. 2. numero 2. & quæ audiſti



ſti à me per multos teſtes hæc commẽda fidelibus hominibus qui idonei erũt & alios docere.

Secundo notandum gaudium hic eſſe Xara quod ad animum refertur, edone, verò ad corpus (*Gozo de coraçon*) & nota hanc vocem etiam ſignificare iram, hoc enim gaudium eſt generoſum, ardor quidam animi, & excelſẽs animi alacritas, (*Vn aliento, y brio, vn orgullo, y esfuerço para coſas arduas*) & in hoc ſenſu Prouerbiorum 20. numero 29. dicitur exultatio iuuenum fortitudo eorum, & dignitas ſenum canicies (*Como al viejo ponen grauedad ſus canas, al moço brio, y valor el heruirle la ſangre*] Sic etiã Ezechiel 24. numero 25. cum abſtulero gaudium dignitatis eorum Septuaginta elationem gloriationis eorum Hieronymus Confidentiam & gaudinm dignitatis, [*El orgullo, y alas que le daua la dignidad.*]

gul(a)d. Hoc gaudium ſiuè erectio animi ad Dei laudes erigit mentē Iſai. cap. 65. n. 14. ecce ſerui mei laudabūt præ exultatione cordis, vel ouabūt (*El gozo les harà alabar a Dios, alegres, y triumphantes en ſu ſeruicio*) Qua etiā lætitia repleri deſiderabat Dauid Pſ. 62 n. 7. ſicut adipe, & pinguedine repleatur anima mea. Ideſt tuæ cōſolationis abūdantia, & labijs exultationis laudabit ōs meum, ideſt non torpentibus, non lāguentibus, frigidis ac tepidis, ſed quæ Deum laudando exultent.

Hoc gaudium ad hoſtes vincēdos munit animum, ſic enim Pſalmo 47. dum de Eccleſia agitur fundatur exultatione vniuerſæ terræ mons Syon. (*Començò la Yglesia con toda la alegria, y Iubilo del mundo*) Quando videlicet Actorum 17. Diſcipuli replebantur Gaudio Magno; & quaſi indicans Propheta huius Leticiæ neceſſitatem, ſubdit quoniā ecce reges terræ congregati ſunt, &c. Vndę Diſcipuli ducti ad iudices ibant gaudenntes, quaſi gaudio muniti aduerſus mortem, ſicque fiet, vt licet Iſaiæ 2. Mons ſit domus Domini præparatus in vertice mōtium, & ſuper omnes coles eleuatus fluent ad eum omnes gentes, & ibunt populi multi. Ideſt tanto conatu, ſtudio ac alacritate per Eccleſiæ accliuia conſcendent, quanto fragore & impetu ſe ſe per decliuia præcipitant torrētes. Hoc etiam gaudium & vigor ſuprà dicta adquiritur Societate. Teſtis adſit Nazianzenus oratione funebri de Baſilio, dum de vtriuſque agit ſocietate, (quòd ſiquis, inquit, eſt, aut eſſe creditur fluuius per mare dulcis fluens, hoc ipſi inter æqualium greges eramus. Et Eccleſiaſt. 6. cū dixiſſet ne acedieris in vinculis illius, ad acidiā huic gaudio con-

contrariam tollendam, ad ſumendum cor & vigorem animi remedium præbet: ſi videris ſenſatum euigila ad eum & ipſe dabit tibi cor, & concu piſcentia ſapientiæ dabitur tibi.

Tertio notandum circa particulam Plenum.

Si quid Plenum in Scriptura ſignificet perpendamus, multi huius loci præclari ſenſus eficientur primum idem eſt quod ſolidum [ *Maciço, y verdadero* ] inde Geneſis 23. numero 16. quod dicitur argentum probatum Hebraice eſt plenum ( *Plata fina*) gaudium ergo plenum dicitur verum ac ſolidum, gaudium enim quod exrebus humanis oritur non eſt gaudium, ſed quaſi gaudium Hieremię 2. numero 16. de gaudio agens quod ex filio nato oritur quod intra humana gaudia primatum tenet, ſi quidem partus dolores abſorbet, & quaſi gaudium, inquit,



quit, lætificauit eum nec verum gaudium eſt, ſed gaudimonium Baruch. 4. numero 34. gaudimonium eius erit in luctu. Septuaginta ſuperbia, Vatablus gloriatio ( *No es gozo ni riſa de veras ſino riſadas ſin fundamento.*) Ad huc hoc declaratur ſi aduertas vacuū in Scriptura dici amentem etiam inſanum vel ſcurram: ſic enim quod Hebraicè eſt 2. Regum 6. numero 20. quaſi nudetur vnus de vacuis, Hieronymus dixit vnus de ſcurris & quod Iob 11. numero 12. eſt vir vacuus in ſuperbiam erigitur. Hierony. vir vanius vel amens. Gaudium ergo plenum erit prudens & verum ex vero obiecto ortum, non illud de quo Eccleſiaſtes cap. 2 riſum reputauit errorem. Hierony. inſaniam, & gaudio dixi, quid fruſtra deciperis? [ *Eſſe cōtento es locura tenerlo por tal, y a eſſe gozo le dixe muy bien dicho que viuia* *enga-*

*engañado penſando que lo era.*

Secundo plenum idem eſt ac matū rū, ſic enim Exodi 22. numer. 29. Vbi legimus primitias tuas, & decimas tuas non tardabis reddere. Hebraicè eſt plenitudinem tuam, & lachrymam tuam; id eſt primitias ſementis tuæ, cum fuerint maturæ, & primitias vini tui inſtar lachrymæ deſcendentis guttatim è toruilari, non retardabis. Gaudiū ergo plenum (*Gozo maduro, y ſazonado;*) Quare Canticorum 7. Videbis vbera ſponſæ botris vineæ comparari, & vbera tua ſicut botri vineæ, vbera vero ſpōſi vino, [*No moſto, ſino ya adobado, y hecho*) quia vbera in Canticis amores, gaudia, ac delitias ſignificant. Sponſa verò delicias præbebat ſponſo, nō ſemper maturas, ſed aliquando multa acerbitate plenas, vt botri vineæ aliquando pleni, vel maturi, aliquando acerbi ſunt. Sponſus vero ſemper

illi



illi delicias plenas nulla acerbitate permixtas præbebat, ideò vino condito cōparantur, quod ipſa plenitudo dicitur Numerorum 18. numero 27. quod enim dicimus de areis, ac torcularibus. Hebraicè eſt de plenitudine torcularis, quia vinum eſt plenitudo, & conſummatio fructus vineæ, & quia ex plenioribus vel maturioribus vuis meli vinum elicitur.

Tertiô plenum dicitur opulentū ac diues. Deuteronomij 6. n. 11. & Ruth 1 n. 21. Egreſſa ſum plena, & vacuā reduxit me Dominus (*ſali rica, y bueluo pobre*) gaudiū ergo plenū eſt, diues innumeris alijs bonis quæ ſecū adfert, & alijs impertitur in exultatiōe enim portant manipulos ſuos ſic gaudent, vt capta præda, & Prouerbiorum 28. n. 12. in exultatione iuſtorum multa gloria eſt (*el juſto alegre haze mil mercedes.*

4 Plenū dicitur quod ſatisfacit, & cōplet,

ideſt (*no me ſatisfaze* ) ſic Ruth. 2. numero 12. dicitur merces plena à Domino[ *Colmado galardon que llene lo que ſe te deue* ) ſic in Scriptura dies dicuntur pleni quando quis menſuram ætatis complet , & moritur in tempore ſuo Iob 40. numero 25. ante tempus ſuum venit ramus, vt perſiciat dies ſuos, & areſcat. Targun. in non die replebitur ſepultura eius. Hierony. anteque dies eius repleátur. Sic etiam leuitici 23. dicuntur hebdomadæ plenæ, ideſt, ſuis ſeptem diebus cõſ. ſtantes; gaudium ergo plenum eſt id de quo Paulus agens dicebat Deus pacis repleat vos omni gaudio , omni in quam, quia omnia complet , & ad perfectè gaudendum nihil amplius deſideratur.

Quinto Plenum dicitur durans & perſeuerãs quod non euacuatur, vt cũ Paulus dicit, gratia eius in me vacua non



non fuit: ſed in me manet, vbi manere, & vacuam eſſe opponuntur ; ſic etiam Chryſoſtomus, & Euthymius explicãt id Ioannis 15. & gaudium veſtrum impleatur, ideſt in vobis duret, ac perſeueret , cuius oppoſitum eſt in gaudio Hypocritæ, quod Iob 20. numero 7. eſt ad inſtar puncti. Ideſt, vt Batablus ad momentum. Septuaginta, perditio tam facilè enim amittitur, vt ſit ipſa amiſsio , & quaſi ipſum punctum terminatiuum.

Sextò Græcè legitur, & gaudium veſtrum repleatur nec enim eſt nomen Plerès, ſed verbum Pleroo, quod, inter alias duas ſignificationes habet, in præſenti ſatis aptas. Prima armo quaſi hoc gaudium ſit armatum ; quod dictis de gaudio ſiuè ira cõſonat, ſiuè quia hoc gaudium ſit illud de quo Chriſtus dixerat, *Et gaudium veſtrum nemo tollet á vobis*, ſiuè quia ſcribit Ioannes, vt

M ſuis

ſuis Epiſtolis ad fidem illos, & charitatem conſeruandam muniat, vnde his literis eorum gaudium erit munitum cõtra Hæreticorum impetus, eorum pacem perturbantium: ſic enim Prouerbiorum 19. numero 23. *Timor Domini ad vitam, & in plenitudine commorabitur abſque viſitatione peſsimi. Septuaginta. Timor Domini in vitam viro,* at intrepidus cõmorabitur in Locis vbi non cognoſcitur cõſideratio (*Dale la vida al juſto el temer a Dios, viuiera ſin miedo entre gente inconſiderada que es la peor.*)

Septimò Prægnans, ſiue turgens, & redundans, inde enim Ioannis 1. dicitur de plenitudine Chriſti nos omnes accepiſſe, ideſt (*De lo que reboſsaua*) ait ergo Ioãnes vos his literis recreamus, vt gaudio pleni alios etiam recreantes omnia gaudio repleatis. Hinc Paulus qui ſuperabũdabit gaudio 2. ad Corinth. 7. omnes



omnes in Dño ſemper gaudere, & iterũ gaudere iubebat ad Philippẽſes 4. & ſine intermiſsione gaudere 1, ad Theſſalonicenſes 5. & ſe adiutorẽ gaudij Corinthiorũ vocat ad Corinth. 2. cap. 1.

## NOTATIO THEOLOGICA

D*Um ſocietatem ſuam ſocietatem cum Chriſto Deo Patre eſſe teſtatur, increpare mihi videtur impiã ſocietatẽ Cherynti, qui, vt Epiphanij verbis vtar hæreſi 30. Coniunctus hæreticis, & illi huic vterque alteri de propria improbitate impertiebat, inmentis peruerſitate ſe mutuò expreſſerunt. Et hæreſi 19. in vnum concurrentibus Samarytis, Ogenis, Nazaræis, Cherintianis, & Carpochracyanis, & alijs qui*

M 2 Ebion

*Ebion ſimul iungens, vnum ex his corpus componens, omne impietatis prodigium ſuperauit. Noſtra vero ſocietas, ait Ioannes, eſt cum Deo Patre, & Filio eius.*

*Obiter obiurgat etiam Marcum hæreticum qui teſte Irænæo lib.* 1. *ca.* 8. *Omnes in fraudem iducebat, vt ſe ſe ad eum conuerterent velut ad hominem ſingulari ſcientia præditum; Ioãnes verò licèt omnes ad ſuam ſocietatem adducat, non tamen ſibi, ſed Deo lucrifacere vult cum Paulo.*

*Hinc etiam colliges quod licèt in aliquibus Apoſtolis & ſanctiſsimis viris diſcordiæ aliquando ſint, vt inter Paulum & Barnabam. Actorum* 15. *Paulum & Petrum ad Ga-*





*lathas* 6. *Hieronymum & Auguſtinum, id non obeſt charitati, quia vide licet ſocietatem habent cum Chriſto, & eam nunquã amittunt, diſſenſioq; non oſt circa finem, neque circa ſummum bonum in quo valdè vniti ſunt, ſed circa media, dum vnus opinatur hoc medium magis conferre ad finem quã aliud idemque eſt de angelis apud Danielem prælia\ntibus vide D. Thomam* 2.2. *queſtione* 29. *artico* 3. *ad* 2. *& libellum de Chriſtiana Charitate tractatu* 3. *cap.* 7.

*Hinc etiam colliges quã verum ſit quod Theologi docent charitatem proximi ad proximum eſſe eandem ac eſt ad Deum, cum enim de ſocietate & amore inter ſe dixiſſet Ioannes, ne is*

*parui haberetur addit, ſi cum Syriaca interpretatione legas, & ſocietas noſtra eſt cum Patre, ideſt quæ inter nos eſt charitas cum Deo ipſo eſt.*

*Dices cur mentionem nullum facit Spiritus Sancti, cum Patris, & Filij meminerit? Reſponde quod ſimili quæſtioni reſpondet Auguſtinus, & Ambroſius circa id ad. Corinthios* 1. A Deo Patre noſtro, & Ieſu Chriſto Domino, *in duarum perſonarum nexu. Tertiam intelligis vel, quia dum ſocietatem, amoremque dicit, Spiritum Sanctum innuit, cui præcipuè ſocietas charitaſque tribuitur.*

## NOTATIO MORALIS.

CVM Gaudium plenum audio in





in Eccleſia ad quam Ioannes inuitat videre mihi videor iucundiſsimam quandam vrbem in qua omnia gaudium atque lætitiam ſpirant: quænam vocatur hæc vrbs? exultatio, & gaudium. Iſaiæ 65. numero 19. *Ecce ego creo Hieruſalem exultationem, & populum eius gaudium* [*La Ciudad es el meſmo gozo, y alegria*] non enim dixit in Hieruſalem exultationem, ſed ipſa vrbs exultatio eſt, & populus ipſum met gaudium: qui vocatur rex huius vrbis? exultatio, & gaudium. Pſal. 31. *Exultatio mea erue me.* Et Iſaiæ 12. numer. 2 *Fortitudo mea, & laus mea Dominus meus,* Laus ibi propriè eſt Pſalmus. [*Dios es mi muſica, y conſuelo*] Et nota Chriſtum Græcè ſonare bonum, & commodum. Vt Baronius 1. tomo anno 43. ex Suida, & Iuſtino Martyre probat. Bonum autem lætum ſignificat ſæpe in Scriptura,

Pſam.146.bonus dicitur Pſalmus, id eſt iucundus, & Pſalm. 142. numero 10. *Spiritus tuus bonus deducit in terram rectam*, ideſt hilaris facit difficultates vincere. Cum ergo Chriſtus ſiuè bonus aut hilaris dicatur, bene Pſam.35.dicebat Dauid *expectabo nomen tuum quoniam bonum eſt* Auguſtinus quoniam iucundum eſt. Quænam leges huius vrbis? Exultatio & gaudium,Pſam.116. exultatio cordis mei ſunt,& ad Hebræos vltimo,quam prædicabat legem, verbum conſolationis vocat Apoſtolus,vnde Iſaiæ 60. pax dicitur ipſa predicatio, *ponam viſitationem tuam pacem.* Erit ne academia? & quæ ibi ſcientia docebitur? eſt ſanè,& docetur exultatio Pſam 88. numero 16. *Beatus populus qui ſcit iubilationem*, imô alphabetum & prima elementa quibus pueri informantur ad iucũditatem pertinent Iſaiæ 28. *in*



*in loquela enim labij in lingua altera loquar ad populum iſtum*, ideſt,vt cõmuniter expoſitores,in balbutie labij, tanquã pueros informare volens, me illis accommodans docebo fideles prima Chriſtianæ Religionis elementa. Que nam? hæc requies mea reficite laſsum, hoc eſt refrigerium meum. [*El A. B. C. de la Chriſtiana enſeñança, es conſolar al triſte,y alentar al deſcaecido.*] Quæ nam Regi ſuo ſubditi munera præſtant? exultationem. Vnde in Scriptura idem eſt exaltare Dominum,& exultare Pſalm.65. *Ad ipſum ore meo clamaui, & exultaui ſub lingua mea.* Alij *exaltaui*, id eſt exultatione exaltaui,vel exaltatione exultaui, & Pſalm 50. *Exultauit lingua mea iuſtitiam tuam.* Alij *exaltauit*, ideſt exultando exaltaui. At ſubditi quibus præmijs à Rege donantur? exultatione. Pſalm.118.numero 112

 *in*

*Inclinauit cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas in æternum propter retributionem.* O niſsis alijs interpretationibus exiſtimo cum Genebrardo alibi, retributionem etiam de gratuitis vſurpari, & quod ſit hoc beneficiũ quod deſiderabat Propheta ipſe Pſal. 116. declaratur retribue ſeruo tuo, & viuifica me. (*Hazedme Señor eſta merced que la tendrè en mas que el Reyno, dadme aliento, y abiuadme en vueſtro ſeruicio.*) Id enim eſt viuificare Iſaiæ 59. *Viuifica cor contritorum* (Quænam merces, & negotiatio huius vrbis? mutua exultatio. Quæ ex plurimorũ multitudine, & numero cauſatur. Iſaiæ 9. *Multiplicaſti gẽtem, multiplicaſti lætitiã.* Sic enim Septuaginta legũt, & ſi alij cũ negatiue, vt bene Salmerõ prolegomeno 4. Erũt ne in hac Republica lugentes aliqui ob cõmiſſa ſcelera afflicti, & in carceres detruſi? ſunt cer-

tè, ſed



tè, ſed in ipſo carcere liberi, in ipſo luctu ridẽtes, imô quia triſtãtur hilares. Nõ ne dulciores ſũt lachrymæ pœnitẽtiũ, quã gaudia theatrorũ? teſte Auguſtino in Cõfeſsionibus. nõne lachrymæ ſũt panis die ac nocte? quia ſic reficiũt vt ſui ſitim excitẽt, & nulli deeſſe poteſt huius panis copia. non ne libellus ille in quo ſcriptã erat lamẽtationes, & væ, factũ eſt in Ezechielis ore ſicut mel dulce, nõne cũ ſpõſa habet oculos, ſicut piſcina Hesebõ (*Raſgados, de llorar hechos vn agua*) Gratiſsima eſt ſpõſo ac venuſtiſsima? Non ne Pſal. 35. *Secundũ multitudinẽ dolorũ meorũ in corde meo, cõſolationes tuæ lætificauerũt animã meã.* Nõ ne teſte Plinio ca. 11. libro 21. in Hiacyntho lapide in Scriptura gloriæ cœleſtis ſymbolo, literarum Græcarum figuram, *Ay*, natura ipſa inſcripſit, (*Porque ſi ay retrato del Cielo en la tierra es vn ay? de*

*coraç*

*coraçon.*) Nonne denique leuitici 23. numero 32. *Sabbatum quoddam erat requietionis*, ideſt requies requiei, (*Huelga de huelgas, la mayor de todas.*) Quid ergo in ſabbatho ſabbathi Deus fieri iubet? *in eo* inquit *affligetis animas veſtras*, ideſt, vt Oleaſter mortificati incedetis ieiunantes, quia dies expiationum eſt, propriè linitionum, ideſt in quo liniuntur, & teguntur peccata [*Fieſta de trabajo porq en ella ſe quitan los peccados.*] O fœlicem vrbem, & qui eam colunt fœlicisſimi, cui adſcribi regius ille vates optabat Pſalm 105. numero 5. *Memento noſtri Domine in beneplacito populi tui: viſita nos in ſalutari tuo* [*Acordaos Señor de mi quando diéredes al mundo la paz de buena voluntad.*] Sic enim Græci legunt *& in terra beneplacitum* Lucæ 1. Ad videndum in bonitate electorum tuorum,



rum, ideſt ad videndam hilaritatem, vel bonitatem, Hilaritas enim & bonum ſæpè in Scriptura pro eodem ponuntur Pſalm. *Qui vult vitam, diligit dies videre bonos*, ideſt hilares & Pſalm. 103. *Aperis tu manum tuam & omnia implebuntur bonitate*, id eſt iucunditate Sther 7. *Cumque incaluiſſet vino bonum erat cor regis*, ideſt hilare, quæ omnia ſtatim explicat Dauid *ad lætandum in lætitia Gētis tuæ*. Ioannes ergo qui cœleſtem Hieruſalem cœlitus delapſam viderat, ideſt delicias & gaudia cæleſtia. [*Que ſe venia el Cielo abajo de contentos, y regalos*] ad gaudium plenum ijs omnibus bonis cumulatiſsimum inuitat dicens. *Hæc ſcribo vobis vt gaudium veſtrum ſit plenum*. Poſſem huic oppoſitam triſtitiæ vrbem depingere, ſed videbor aliquui nimium prolixus.

Secun-

2. Etiam notandum quanta ſit Dei optimis maximi humanitas, ut ſocietatem nobiſcum ineat, à ſecretis famulo iubeat, vt hæc ſcribat ut ſocietas noſtra ſit cum Patre & Filio eius IESV Chriſto; cumque mortales Reges ſolitudinis nemine gaudeant (*y dezir ſu ſoledad, ſe entienda ſu Mageſtad.*) Sther 10.n.14. ait Aſſuerus *cogitans* (ſcilicet Amã) *illis interfectis* (ſcilicet Iudæis) *inſidiaretur noſtræ ſolitudini* ac ſolio (ideſt Regiæ maieſtati) noſter vero rex ſocietatis titulo poti⁹ gloriatur Cũ Emmanuel, ideſt nobiſcũ De⁹ appelletur & Iſaiæ 48. vrbẽ ſuã vocari iubeat *Dominus ibidẽ*, quod ſi per vrbẽ illã Apocal. 3.n,12. juſtorum congregationem intelligas adverte, neque ſcriptum eſſe, Dei, & eius filij nomen, abſque ſuorum ſocietate. *Ponam in eo nomen meum, & nomen ciuitatis.* Si vero cœleſtes delicias aulam regiã cũ ſuo



ſuo ſplendore, & maieſtate, perpende non ciuem in vrbe ſcribi, non militem Regi nomen dare, ſed è contra, regis, vrbiſque nomen in iuſto collocari, quia in eo vult habitare, & cum eo ſocietatem iniire.

Diſcant deniq; ex his qui munere Ioanni, Apoſtoliſque ſuccedunt fidelium charitatem, & communẽ ſocietatem curare, quàm hæc curæ fuerit Apoſtolis perpendant, cũ Paulus, ad Theſſalonicenſes 2. cap. 2. tanquam per rem chariſsimam, eos per hanc congregationem obteſteturper adventum Domini noſtri, & noſtræ congregationis in id ipſum &c. & capit. 1. quaſi per Dei excellens beneficium ob hãc ſocietatem Deo gratias agat, *gratias ago quia abundas charitas ad invicem*, & ad Hebr. 2. oportet nos obſeruare quæ audiuimus ne pereffluamus, vel cũ Syriaca lectione ne excidamus ne vnquam

ne inquam, tanquam lapis ille Iouis ob violatam fidem, & Dei manibus excuſsi; ex communi ſocietate, eijciamur, intelligant idcirco ijs datum labium electum Sophoniæ 3. vt *faciant populum ſeruire Deo humero vno* (*Que aun*, Ea, *ſuyo todos a vna leuan ten el peſo.*)

¶ Et hæc eſt annunciatio quam audiuimus & annũciamus vobis quoniam Deus lux eſt; & tenebræ in eo non ſunt vllæ.

## *EXPOSITIO LITERÆ.*

ECCE HVIVS Epiſtolæ ſtatũ, & noſtræ Aquilæ lucis radios intuentis acumen, quod ſi Baſilius & Ambro





ſius Exameron lib. 1. cap. 9. Lucem commẽdant quod ipſum Deum primum omnium ſortita fuerit ſuæ bonitatis prædicatorem, haud minus laudandus Ioannes qui lucem increatam primus, & ſolus euangeliſtarũ commendauit, haud inferior illo altero Ioanne, qui Lucæ 3 venit vt teſtimonium perhiberet de lumine vterque enim Ioannes tanquã duo Eccleſiæ oculi de luce perhibẽt teſtimonium. Quod ſi Athanaſius de Incarnatione Verbi fine. Oculum lumen eſſe vult, vt lumen ſolis intueatur, quanta erit Ioannis lux qui luci eſt familiaris? Sed quid

mirum cum Iob 36. *Qui abſcondit in manibus lucē annūciat de eam amico ſuo.* Ideſt quā lucem Deus occultare poteſt, vt qui faculā manibus geſtat, amico, ideſt *Ioāni* quē diligebat, annunciat de ea. Hæc eſt enim (inquit *Ioannes*) *annunciatio quam audiuimus ab eo, quoniam Deus lux eſt.*

Mihi valde placet Auguſtinus qui ſic exiſtimat ad Epiſtolæ ſtatum Ioannem accedere, vt hæc cum precedentibus connectantur, nam cum dixiſſet Ioannes ſe hæc ſcribere, vt ſocietatem haberemus cum Deo, adhibet ad hanc ſocietatem ineundam, mediū: ſcilicet, peccata tollere, quia cum



cum Deus lux ſit peccatorum tenebras oportet diſcutere, vt ſocietas ſit cum Luce. Prima enim Ioannis 1. *Tenebræ non habent cum luce ſocietatem.* Et 2. ad Corinthios 6. *Quæ ſocietas luci ad tenebras?* Auguſtino fauet contextus additur enim. *Quòd ſi dixerimus quod ſocietatem habemus cum Deo, & in tenebris ambulamus, &c.*

Sed quid nomine Dei? an Pater, an Chriſtus? quid nomine lucis? ac tenebrarum intelligatur? videamus.

Chryſoſtomus ſermone de Triniate tomo 3. folio 911. Victor Vtycenſis de perſecutione Vandalica li. 2. Idacius Clarius

aduerſus Barimandum, Origenes fragmento librorum Periarchon, & tomo 3. in *Ioannem* de Deo Patre intelligunt, At Euthymius, & Didim⁹, & cōmuniter hic Expoſitores de Chriſto explicant. Ego vtrunque complector cum Cyrillo lib. 3. in Leuiticum quia cum ſocietatem incūdam dixiſſet cum Deo Patre & Filio eius *Ieſu* Chriſto, ad vtrunque referri debet lucis nomen, vt tenebris expulſis, aſſociemur vtrique: Pater enim in Scriptura ſæpè lux nominatur Micheæ 7. *Et Dominus lux mea eſt.* Iſaiæ 10. *Erit lumen Iſrael in igne, & ſanctus eius in flamma.* Quod adeò



adeô verum eſt, vt vel ipſi Ethnici adumbrarent, ait enim Macrobius li. 1. ſaturnalium ca. 16. nomen *Iao* tributum Soli ex Apollonis oraculo, omnium eſſe ſummum Deum; cuius *Iao* meminit Theodoretus lib 1. de fabulis, & quæſtione 15. in Exodū *Iræneus* lib. 1. contra hæreſes cap. 34. & lib 2. capite vltimo, cuius nominis vim, & ſupra reliquos Deos principatum Epiphanius hæreſi 26. ſcribit, hoc autem nomen Iao quod luci, & ſoli tribuitur eſſe idē ac nomē *Iehoua* malè intellectum; patet ex Diodoro Siculo lib. 5. cap. 5. vbi ait Moiſſem apud Iudæos á

Deo qui vocatur Iao, leges ac-
ceptas tuliſſe. Vide Clemétem
Alexandrinum lib.5. ſtromma-
tum. Nec non Chriſtus dicitur
lux Iſaiæ 60. *Illuminare Hieruſalē,*
*quia venit lumen,* quod quia luce
Clarius eſt relinquo, videatur
Salmeró in illa Ioanins verba,
*& vita erat lux hominum.* Solum
addo ab ipſiſmet Ethnicis Chri
ſti natalem diem ſolem & lucé
appellari, teſte Ambroſio ſer-
mone 16. de natali die, quia ip-
ſius etiam ſolis & lucis claritas
oriéte ſaluatore innouatur Pru
dentius (quid eſt quod arctum
circulum ſol iam recurrens de-
ſerit? Chriſtus ne interris naſci

tur



tur qui lucis augeat tramitem)
Sed quoniá Deus lux prop-
ter varia attributa appellatur,
vidēdū eſt propter quod nā in
preséti lux dicatur? an propter
incomprehenſibilé naturā, ob
quā dicitur lucé inhabitare in
acceſsibilé? poſuiſſe tenebras
latibulū ſuū pſ.17.&in caligine
cōmorari? 2. Paralipomenō 6.
An ob eius puritaté & candoré?
vt Dionyſius 4. de diuinis nomi
nibus & Atanaſius l.2. de incar
natiōe proſequūtur. An ob eiꝰ
in hæc inferiora Prouidétiā? vt
Pſal.43. *dextera tua & brachium*
*tuum, & illuminatio vultus tui, quo*
*niam placuiſti in eis,* tū quia mini

 ma

ma etiam, & penitus remota complet, tum ob ſecretas prouidentiæ vias. quis enim Iob. 38. ſcit, per quam viam ſpargatur lux? An quia ſapientiæ lumen in rationalem animum ſpargit; ſic enim Malachiæ 4. Populus qui ambulabat in tenebris vidit veritatis lucem magnā quando videlicet manifeſtatum eſt lumen ad reuelationem Gentium Matthæi 4. ſic enim Pſalmo 4. lumen vultus Dei ſignatum eſt ſuper nos, ſic Paulus ethnicos tenebras, fideles lucem in Domino, vocat 2. ad Corinthios 6. An quia legiſlator eſt legis quæ lucer-

na



na eſt pedibus noſtris & lumē ſemitis noſtris? Pſalm. 118. & præceptū lucidū quod illuminat oculos? Pſalm. 18. ſic enim Abacuc 3. ſplendor eius vt lux erit cornua in manibus eius, id eſt, iuxta antiquorum traditionem, tabulæ legis lucētes, quæ vt cornuta dicitur Moiſsis facies, exodi 24. ideſt illuſtris, vt interpretantur Origenes homilia 12. in exodum & Paulus 2. ad Corinthios 3. ſic & cornutæ dicuntur, ideſt lucidæ. Dominus enim Deuteronomij 33. de Seir ortus eſt nobis Septuaginta, illuxit, & in dextera eius ignea lex, ideſt in Saphiri lucidiſsi-

 diſsi-

diſsima materia excultæ, vt do cuerunt Anaſthaſius Niſſenus, lib. de quæſtionibus in Scripturã quæſtione 38. tomo 6. Bibliothecæ, & Epiphanius de duodecim gẽmis. Cũ ob hæc & alia innumera attributa tum Deus, tũ Chriſtus lux dicãtur propter quod nã hic lux appelletur, videamus. Oecumenius, Didimus, Gagneius, Heſelius, & cõ muniter expoſitores propter cognitionis lucẽ quã mẽtibus hominũ infũdit. Claudius propter vitæ puritatẽ nil obſcurũ nil ſordidum cõtinẽtẽ, Caietanus, quia in Deo nec peccatorũ, nec potẽtiæ peccãdi, nec potẽtialitatis tã in volũtate quã in intel



lectu tenebræ sũt. Ego verò vt quid ſentiã aperiã ſuppono ex Dionyſio Areopagita c. 1. de diuinis nominibus ſãctos in Scriptura ex beneficijs peculialiter acceptis Deo nomina imponere, inuenies, inquit Dionyſius omnem Theologorum laudationẽ ad beneficos diuinitatis progreſſus exponẽdos diuina effingere nomina, quod & Chryſoſtomus in poſteriorẽ ad Corinthios, & Oecumenius in c. 1 ad Epheſios notarũt, ſic enim à Saulis manibꝰ ereptus Dauid Deũ pſ. 17. fortitudinẽ, refugiũ & firmamẽtũ appellat, quãdo inſidias inimicorũ explorauerat

rat

rat pſ.26.illuminationẽ meã, & ſalutẽ vocabat, quãdo victoriæ lætitia recreabatur exultationem vocat, quemadmodum enim Ethnicorum amentia, ob varia beneficia, Deorum varietatem induxit, ſic fidelium prudentia ob varia Dei munera varia vni nomina tribuit, vnde infinita ſunt nomina Theologiæ affirmatiuæ Dioniſij, quia infinita eſt nominum imponendorum occaſio, ſicut e contra dæmon in Apocalipſi vocatur grecè Apollion, Hebraice Abadõ Latine exterminãs quia omni genti ac nationi malum.

Secundò ſuppono Deo ea no-



nomina ĩponi quæ, in eo quod tunc narratur, elucent, vnde Geneſis 1. Eloin, ideſt fortis ac potens nominatur, quia in orbe ex nihilo producto infinitæ potentiæ virtus apparet, & apud AEggæum & Zachariam, precipuè Dominus exercituum vocasur, vt ſciant inquit Hieronymus in caput 1. Zachariæ tomo 6. initio, Dominum eſſe qui percepit aduerſus regis imperium, & hac ad ædificationẽ templi fiducia concitentur.

Sicut e contra homo ex ijs dicitur in quibus eius infirmitas apparet, de quo vide Chryſoſtomum homilia 13. & 23. in Ge-

Geneſim, & Homilia 12. ad populum Antiochenum, Hieronymum in caput primum Sophoniæ, & laté Martinez lib. 7. Hypothi poſeon cap. 3.

Tertiò ſuppono tunc precipuè nomē Deo imponi quod aliquid Dei ſignificat, circa quod tūc errores verſantur, ſic petēti Moiſsi nomen Dei, reſpondetur, qui eſt, quaſi dicat, qui ſicut nec in ſuo eſſe, ſic neque in fide præſtita deficere poteſt, ſic in media errorum varietate, cum alij Eliam, alij Baptiſtam, aut alium ex mortuis exiſtimabāt, vocari ſe voluit filium Dei viui, ac per conſequens Patri ſimilem,



milem, & eſſentialiter viuū, ſic orto Ebione & Cherynto Chriſtum â Patre procedere negātibus, vocari ſe facit verbum, & cruci ignominioſè affixum, regē Iudæorū potius, à quibus tā quam vile mācipiū tratabatur.

Hæc igitur tria obquæ noua nomina imponuntur Deo efficiūt vt lux in p̄ſenti nominetur Primo egerat Ioannes de uita manifeſtata, de ſocietate inita, q̄ gaudio pleno, quæ tria cū Deo præſtet, lux dicitur, quæ cū vita cōiūgitur, Ioānis 1. & vita erat lux hōinū vide Tolētū ibidē probātē nulli Deū eſſe vitā, cui nō eſt lux, & Pſ. 35. apud te eſt fons vitæ,

vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen. Apud Latinos etiã lux pro vita vſurpatur, ſic enim Cicero 2. Tuſculana lucis finē ſenectutem, & Plinius lib, 7. in præfatione 3. rudimenta lucis pueritiam dixerunt.

Secundo ob ſocietatem etiã illam lux meritò dicitur, tum ex Dioniſij mirabili doctrina, qui parte 1. de diuinis nominibus cap. 2. lux ( inquit ) ad ſe cogit omnia, atq; conuertit, idcirco ſol Helios Græco vocabulo dicitur, eoquod ſeruet inuiolata omnia, congregetq; diſperſa, ſic bonitas ad ſe vnit, & quæ diſperſa ſunt congregat, veluti



veluti vnitatis author, & vnifica Deitas (hæc *Dionyſius*, & infra, ( ſicut ignorantia eos qui ſeducti ſunt ſeparat, ita præſentia intelligibilis lucis eos qui illuminantur colligit, vnit in vnam liquidam, vnicã queſci ē tiam, & vno atque vniente lumine cõplet) huc ſpectat quod ibidē de tribus luminibus immixtim ſe habentibus *Dionyſius* ponderauit. Adde lucē aut ſolem vnionem cæli cum terra vocari, & auream catenam qua cælum terram ſibi deuineit, vide Plutarchum lib. 13. de ſcientia Turnæbum lib. 5. cap. 25. faueteque nomen elios quod ex

O Pla-

Platone lib.13.de recta impoſitione nominũ deriuatur à verbo arizo ideſt vnio. Adde ſolem perfecti amici ſymbolum apud diuinas humanaſque literas eſſe quod Martinus Roanus lib.1. cap.14 probat.

Secundum Iam verò ad gaudium plenum quo Deus ſuos complet ſignificandum, quã aptè lux nuncupatur, quæ lætitiæ ſymbolum eſt in Scriptura. Amos 5.num.20. *Num quid non tenebræ dies Domini & non lux? caligo, & non ſplendor in ea?* quia ſummam miſeriam minitatur. Sic Danielis 9. num. 17. cum gaudium praeſtat lucere dicitur





Deus. *oſtende faciẽ tuam* ſuper ſanctuarium tuum. Hebraicè. *Lucere fac vultum tuum* & pſ.67.n.2. illuminare dicitur vultum ſuũ ſuper nos, cum miſeretur noſtri. Imò gaudiũ plenum, ideſt beatitudo lux ñuncupatur. Apocalypſis.21. *Claritas Dei illuminauit ea, & lucerna eius eſt agnus* & Paulus ad Coloſſenſes 1. num. 12. in partem (inquit) Sanctorum ſuorum in lumine Iob 33. num. 30. illuminans luce viuentium ergo ob beneficium vitæ quam preſtat, ſocietatis quam init, & gaudij quo complet lux 1. nuncupatur.

Præterea cũ acturus ſit Ioanes

in toto hoc capite nos falli, ſe-
duci, ac mentiri, ſi dixerimus
peccata non habere, Deum lu-
cem appellat, qui intimas cor-
dis latebras explorat. Sic enim
Ioanis 8. cum Phariſæis dixiſſet
*qui ſine peccato eſt veſtrum, mittat
lapidem* ipſique fugiſſent, ſe vo-
cat ſtatim lucem mundi, nō ſo
lum quia mœſtam adulteram
recreauerat, ſed quia accuſato-
rum occulta penetrauerat.

Denique lux dicitur ſiuè
quia tunc non tamque Deus
habebatur, cuius oppoſitum in
lucis nomine doceri, videbitur
notatione Theologica, ſic e-
nim Ioannis 21. ſe lucem appel
lauit



lauit quando ſe vnum cum Pa
tre prædicauit, vt benè ponde-
rauit Chryſoſtumus; ſiuè quia
ex Dionyſio Epiſtola 10. ad
noſtrum Ioannem Putabant
ethnici ſe ſolem Euangelij à ſe
reiecisse, cum Ioanem miſerāt
in exilium (qui te (inquit Dio-
nyſius) iniurijs impetunt ſe &
Euangelij ſolem putant exilio
relegare.) Ait ergo *I*oannes nō
ego, Chriſtus ſolum lux eſt no
ſtri Euangelij, ego exulare poſ-
ſum, ille obtenebrari nequit.
Vltimo circa id *tenebræ in eo non
ſunt vllæ*. Optimè notauit pater
Emmanuel Sà, id eſt, in omni-
bus alijs eſt aliquis luminis de

 fectus

fectus, ſic enim explicauit Hie ronymus libr. 2. aduerſus Pela-gianos tomo 2. capit. 3. folio. 283. Qui Deus, inquit, lux ap-pellatur, & tenebræ non ſunt vllæ, quia omnium aliorum lu-mina aliqua ſorde maculãtur. Apoſtoli lux ſunt imundi, ſed tenebræ in eis ſunt aliquæ. *Iob* 25. luna non ſplendet, & ſtellæ non ſunt mundæ in cõſpectu eius, vt bene ponderauit Hiero nymus ibidem; Origenes etiã homilia 9. in Ezechielem pon-derans illa verba Matthæi ſic luceat lux veſtra coram homi-nibus luceat, (inquit) lumen veſtrum non ſimpliciter ſed





ante homines, nam ante Chri-ſtum iuſtorum lumen non ful-get, vt ſplendor lunæ, & cæ-li micantia ſydera; priuſquam ſol oriatur in ſuis ſtationibus rutilant; orto veró ſole abſ-conduntur, ſic hominis lumen ante homines lucet, ante Chriſtum obſcuratur: lux ergo in qua tenebræ non ſunt ea eſt quæ nulli comparata obſcura eſt, ſic enim à Dauide pſalmo 17. lumen ſuum petit illumi-nari tu illuminas lucernam meam Domine, quia tam exi-guũ lumẽ erat, vt tenebras illud illicò appellet Domine Deus meus illumina tenebras meas.

## NOTATIO POSITIVA.

PARTICVLAM quoniam non pro quia cauſaliter ſed pro, nẽpe quod, affirmatiuè ſumſimus cum communi Patrum expoſitione ſic enim alibi pſ. 49. nu. 6. vſurpatur annunciabunt cæli iuſtitiam eius quoniam Deus iudex eſt, ideſt, vt bene ibi. Pater Emmanuel Sà, annunciabunt quod Deus eſt iudex. Adde particulã cauſalem in Scriptura aliquãdo ornatus ſolũ gratia poni, vt Lucæ 1. dixerunt ad illum quia nemo eſt in cognatione tua qui vocetur hoc nomine, & Petrus quia tu es Chriſtus filius Dei viui, vide Riberam in caput 2. Oſeæ num 41.

Verum tamẽ ſi cauſaliter ſumatur vt frequentius eſt, pulcher ſenſus elicitur, quaſi dicat Ioannes adèo clarè hæc annuncio. (Hablo tan claro porque





que Dios es luz y ſu doctrina no es de rincones) ſic enim ipſe Chriſtus ego palàm loquutus ſum nihil &. & ſapiẽtia in plateis clamat & in vijs dat vocẽ ſuam, de Pſeudo-Prophetis dicetur, ecce in deſerto eſt. vide Turrianum hæc doctiſsime tractantem lib. 2. de dogmaticis Caraetheribus. huc ſpectat communis ille modus loquẽdi aperire os, hablar claro, no entre dientes con reſolution y animo, abrir la boca) Prouerbiorum 21. aperi os tuum, & iudica iuſtè (ſin miedo pronuncia tu ſentencia, aunque ſea contra el poderoſo) vt Ezechiel 31. num. 21. tibi dabo os apertum in medio eorũ) animo para que hables claro la verdad) ad Ephe ſios. 6. detur mihi ſermo cum fiducia in apertione oris mei, Ioanes ergo ait ſe clarè & perſpicue Chriſti myſteria proferre,

Vel ſeruata illius particulæ cauſa-

lis vi, ego illumino docēdo quia Deus in quo tenebræ non ſunt me ad hoc illuminauit. Sic enim lux dicitur ſeminata in terra. Pſal. 97. lux orta eſt iuſto Hebraicè & Genebrar. lux ſata eſt, quia videlicet Chriſto in mundo ſato qui lux mundi dicitur, Apoſtoli qui lux mundi nuncupantur pullularunt 2. ad Corintios 4 num 6. Deus illuxit in cordibus noſtris ad illuminationem ſcientiæ claritatis Dei, ideſt illuxit in nobis, vt luceremus alijs, & ſic lucis ſemen propagetur, ſiue denique quia Ioannes & Apoſtoli luminaria ſint quæ lucem illam primogenitam in orbem vehunt iuxta Baſilium homilia 6. in Geneſim dicentem, lucē illam primam immaterialem eſſe, factumque ſolem tanquam eius vehiculum quui inſita & impreſſa ſit, vnde luminaria dicuntur Hebraicè Mior voce deducta à luce, quia continent & præ-



præbent lucem, quui conſonat Eſaias capit. 8. numero. 20. ſi non dixerint iuxta verbum hoc non erit eis matutine lux, ideſt quicumque non iuxta legem meam docuerit, hic luminare non eſt, lumen continens, in tenebris agit, & lux Dei, inqua nullæ ſunt tenebræ non dum eluxit.

Secundo Notandum cum Deus lux abſolutè dicitur de ſolis luce intelligitur qui abſolutè lux dicitur in Scriptura vide Pereiram Geneſis 1. verſiculo 3. & cum tenebræ nullæ ſint in eo de triplici genere tenebrarū intelligitur de quibus mentio eſt in Scriptura 1. cauſantur per contractionem radiorum, vt Baſilius homilia 2. ſuper Geneſim Damaſcenus li. 2. de fide Orthodoxa capitul. 7. exiſtimant de luce illa 1. quæ noctem faciebat, per ſolam radiorum contractionem, & ſic factas eſſe in Ægypto tene-

tenebras cum nona plaga illata fuit,& ſuper vniuerſum orbem Chriſto mo- riente quidam tradiderunt. Hac ratio ne nullæ ſunt ex parte Dei tenebræ, nam ex ſe illuminat omnem hominem venientem in hunc mundũ, ideſt illu- minare nõ ceſſat. 2.tenebræ fiunt ſi ip ſum Solem peregrina qualitas obtene braret, ſic enim Apocalypſis 6. Sol fa- ctus eſt niger & cap.8. percuſſa eſt 3. pars ſolis,& 16 Angelus effudit phia- lam in Solem,hoc autem à Dei infini ta puritate longè abeſt. 3. tenebræ fi- unt,quia à nobis ſol recedit,&viciſſim lucem ſpargit, neque hoc modo ſunt in eo tenebræ. Iacobi 1. numero 17. *Deus enim pater eſt luminum apud quem non eſt tranſmutatio,nec viciſ- ſitudinis obumbratio.* Ideſt vt Auguſti nus lib.12.ciuitatum cap.21. tomo 5. nec momenti obumbratio,quia nec ad minimum momentum vmbram reci- pit,



pit, vnde Græcè habetur obumbratio ob varias vmbras quas efficit à tropico in tropicum per ſolis reciprocationẽ.

## NOTATIO THEOLOGICA

L*Ege cautè Originem hunc locum verſantem tomo 3. in Ioannem circa finem, ait enim Patrem dici lu- cem veram in qua tenebrae non ſunt, quia Pater veritatis amplior eſt ver- bo, & maior quã veritas, & quia Pa ter eſt ſapientia melior ac præſtantior ipſâ ſapientia, quæ verba Arrium ſa piunt, niſi explices Originem dicen- tem, Patrem, non quidem eſſentia,ſed principij dignitate maiorem,& gene- rationis authoritate,vt Cyrillus lib.2. theſauri cap.3. Chryſoſtomus Homi- lia*

*lia 17. in Ioannem; et Hilarius lib. 9. de Trinitate explicant id Ioannes 14. Pater maior me eſt. Vide Salmeronē tomo 2. tractatu 16. in id vita erat lux hominum.*

*Secundo Cyrillus lib. 2. theſauri cap. 1. Chriſtum Patri eſſe conſubſtātialem ex hoc lucis nomine colligit, idē Ambroſius lib. 1. de Spiritu Sancto cap. 16. & Victor Uticenſis de perſequutione Vandalica lib. 2. & ex hoc loco cum alijs collato probat Clarius aduerſus Marimandum Arrianū triū perſonarum diuinarum vnitatem, cū eodem lucis nomine tres diuinæ perſonæ nominentur 1. in præſenti Deus lux eſt 2. Ioannis 1. & Spiritus Sanctus in Ezechiele, Spiritus Domini ſur-*



*ſergens venibat ab Aquilone, & in circuitu eius lux refulgēs, Eugenius etiam lib. 1. de fide ad Henricum Regem Vuandolorum hinc colligit filium eſſe coeternum Patri, inſeparabilem, & ab eo procedentem, & vnius cum eo ſubſtantiæ.*

## NOTATIO MORALIS.

AD Dei noſtri in hunc mundū aduentum, ad eius de mundo partam victoriam, ſuauem pariter & fortem, ad varios quos creauit in Eccleſia principes ſignificandos, neſcio quod aptius nomem poſſet reperiri.

Primò antequā lux ad nos illuminandum accedat, iam erat; nec tunc oritur cum nobis oritur Pſalm. 109. de

de Chriſto, Dauid agens ex vtero ante Luciferum genui te. Hebraicè ex vtero ab aurora tibi eſt ros adoleſcentiæ. Id eſt ante luciferi ortum, ante mũdi auroram iam eras in rore, quod latini dicimus in flore adoleſcẽtiæ tuæ, id eſt antequã luceres mundo, lumen eras de lumine, & Deus verus de Deo vero, (antes que en el mundo amaneciera, Chriſto era en el pecho del Padre mediodia.)

Præterea orientem lucem ros matutinus comitatur, ideo prima Euangelij prædicatio ros dicitur lucis Eſaiæ 26. num. 18. Expergiſcimi qui habitatis in puluere, quia ros lucis, ros tuus, & terram Gigantum detrahes in ruinam agit Iſaias de exercitu, & electa iuuentute per Chriſtum ad imperium Sathanæ delendum, & per orbem Euãgelium propagandum, quam iuuentutem rori comparat matutino, tum ob



ob copiam & deſcenſum ſine ſtrepitu, vt cum 1. Regum 17. num. 12. Chuſi dixit Abſalon operiemus eum ſicut cadere ſolet ros ſuper terram (ſin ſentir daremos vna rociada ſobre ellos) ſic ros lucis ros tuus, & terram Gigantiũ detrahes in ruinam. Et nota Septuaginta ibidem legere ros qui à te ſanitas ipſis eſt, at terra impiorum cadet (porque el rocio, que a los ſoberuios fue rociada, a los humildes fue rocio de cenorte, y refrigerio.) Iam verò ipſa met lux quanta ſuauitate homines armat aduerſus peccata,) la noche quita las armas de la verguença de pecar, y el dia las buelue) vnde celeberrima ſunt in Scriptura arma lucis 1. ad Theſſalonicenſes 5. Nos qui diei ſumus ſobrijſsimus induti loricam fidei, (andamos ya de dia, es meneſter traer las armas de las virtudes) clarius ad Romanos 13. Dies appropinquauit, ideſt

P iam

iam Chriſtus in cordibus noſtris illu xit, induamur ergo arma lucis quia lucis tempore indui ſoleant, vt cùm ſupra dixit Iſaias ros lucis, ideſt qui prima Luce ſpargitur, ſiuè quia ipſa lux nos pudôre armet cõtra peccatorũ fœditatem ſicut in die honeſte ambulemus, quia (inquit Ambroſius & Cyprianus nox vacat pudore, & orta luce nos gerimus verecundiùs, explicãſque quæ nam ſint arma? Lucis, quæ indui iubet; addit, induimini Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, ipſe enim, vt noſter Ioannes ait, lux eſt.

Præterea cum Solis lux diſpares dies efficiat, neque eàdem ſemper proportione æquales quod à ſole eſt, ſic varij in Eccleſia ſunt fideles, tum gradibus, tum etiam ſanctitate diuerſi; alij ad ſublimiorem, alij ad minus illuſtrẽ, & claram dignitatem euecti, alij obſcuri, & tenebroſi, quod nõ à ſole, ſed à terra



ra oritur. Eccl. 33. iuſtos dies vocari, & eorum diuerſitatem à ſole ideſt Deo, cauſari patet, quare dies diẽ ſuperat? & iterũ lux lucẽ? & annus annum à ſole? (Porque vn dia es mejor que otro, vna luz mas clara, y vn año mas fertil, ſiendo ſiempre vn Sol?) huic quæſtioni reſpondet, à Domini ſciẽtia ſeparati ſunt facto ſole, atq; præceptũ cuſtodiẽte, per Dei ſapiẽtiã diuidũtur (Dios es el primer author, y el ſol cõ ordẽ, y mãdato ſuyo cauſa eſſa variedad, Dios ordenãdo, y el ſol executãdo.) Sed quia nõ de naturali dierũ qualitate loquitur, ſed de morali, ſubdit immutauit tẽpora, & dies feſtos ipſorũ, & in illis dies feſtos celebrauerunt ad horam, & ex ipſis exaltauit, & magnificauit Deus, & ex ipſis poſuit in numero dierum (Vnos hizo dias ſolenes, otros comunes, y ordinarios de ẽtre año (vt illud Poëtæ. Nos numer⁹ ſum⁹ & fruges cõſumere nati.

(y todo eſſo es cauſado de los rayos ſobrenaturales de la luz diuina,) ſubditur enim, & omnes homines de ſolo ex terra vnde creatus eſt Adam in multitudine diſciplinæ, Dominus ſeparabit eos, & immutabit vias eorum &c. quod in Chriſto patet,) qui alios elegit Apoſtolos, alios diſcipulos, alios ex numero fidelium.

In ſuper adde lucem adeô propriã eſſe Dei, vt Scriptura Deos gentium irrideat, quod non lux ſed tenebræ ſint. Baruhc 5. neque Deos putaueritis, qui neque, vt ſol lucent, neque, vt luna Illuminabunt. Et Amos 5. fine cõqueritur Deus de idolatria populi ſui, portaſtis tabernacula Moloc Sydus Dei veſtri quæ feciſtis vobis. Septuaginta & Stephanus Actorum 17. explicant Sydus Dei veſtri, Romphà, ſiue dicam cum Hieronymo hoc Sydus eſſe Luciferum, ſeu Venerem quã

nunc



nunc Sarraceni adorant, ſiue cum Oecumenio Mercurium, qui pellucidũ & traſparentem lapidem ſtellæ inſtar in extrema frontis parte geſtabat. Rõpha apud Theodoretum, obſcuritatẽ, apud Oecumenium tenebras, aut excæcationem ſignificat. Et in irriſionẽ additur, quaſi dicat, non eſt ſtella lucens, ſed tenebras offundens, non lucem vt nos, ſed ipſas tenebras colitis.

*Si dixerimus quòd ſocietatem habemus cum eo, & in tenebris ambulamus, mentimur & veritatem non facimus. Si autem in luce ambulamus ſicut & ipſe eſt in luce, ſocietatẽ habemus cum eo.*

## EXPLANATIO
### Literae.

SVpponimus ſocietatẽ ex dictis eſſe eiuſdẽ ſortis cõmunionẽ, vt nomen indicat ſocij quod ſecet, & diuidat laborem alterius, vel quod cũ in quauis re ſequatur, à ſocco calceo vtriq; pedi apto, quia ſocius in vtraq; fortuna ſe ſocio cõmodum præſtare debet. Siuè id ſit idem credendo, vt Ioãnis 15. n. 15. *Nũc dixi vos amicos quia quæcumq; ſciui nota feci, ſiuè* in operibus, vt cum Romanis dicũtur in libris Machab. Iudæi facti ſocij, quia aderat mutua defenſio, atque protectio, ergo cũ quod Deus docet credimus, cũ eũ diligimus, ſocietatẽ cũ eo habem⁹ fide, & cha-



charitate. Vidẽdũ ergo eſt quæ ſũt iſtæ tenebræ, quæ hãc ſocietatẽ per fidẽ vel charitatẽ initã auferũt. Auguſtinus quẽ ſequitur Beda, Claudius, Gagneius, Heſeli⁹, & alij per tenebras, peccatũ; per lucẽ, gratiã intelligũt. Idẽ ferè Oecumenius, ac Didymus, Caietanus de tenebris tũ ſpeculatiuis, tũ practicis, id eſt erroribus, & peccatis: & de luce ſpeculatiua, & practica, id eſt fide, & charitate. In primis non agit Ioannes de tenebris, vt vniuerſaliter opponũtur luci quæ cõſiſtũt in nõ eſſe, ſic enim quæ õnino nõ ſũt dicũtur in Scriptura tenebræ, tenebræ

erant ſuper faciem abyſsi, ideſt nihil, & dæmon dicitur princeps tenebrarum ideſt, nullius rei, (negro ſeñor de no nada) & in hoc ſenſu loquitur Ioannes, nulla enim creatura in tenebris eſt & quoad hoc omnes habent ſocietatem cum Deo.

Secundo ſunt tenebræ in creaturis capacibus rationis ſiuè in mente per neſcientiam, quæ in Adamo & Angelis fuit, & in Beatis reperitur, ſiuè per errores ſpeculatiuos in naturalibus, vt circa veritates Philoſophicas, quæ in beatis ſunt nullæ, in iuſtis verbo quam plurimae. Siuè in moribus ob ignoran





rantias practicas peccatorum venialium, quæ ſicut frequentes in iuſtis ſunt: in beatis eſſe nequeunt. Cum hæc tenebræ in nobis ſunt ſocietatem cum Deo non auferunt. Eſt autum duplex genus tenebrarū quod eam omninó tollit, errores, ſcilicet, & peccata grauia, quem admodum enim antequam lux ſit tenebroſa dicitur terra, ſic infideles tenebroſi dicūtur quibus veritatis lux nondum eſt oborta. Numerorum 14. num. 44. Filij Iſraèl con tenebrati aſcenderunt in verticem mōtis, quod Septuaginta dixerunt & Græci, vim facientes, proprie

autem increduli dictis Moiſis, ibidem enim eſt eadem vox ac Abacuch 2. Ecce qui incredulꝰ eſt, non erit recta anima eius in ſemetipſo. Vnde quia ante lucem confuſa ſunt omnia, tenebræ confuſio in Scriptura dicũtur, vbi enim Pſalm. 54. dicitur contexerunt me tenebræ, & *Iſa*iæ 21. Tenebræ cor meum obſtupe fecerunt. Hebræi ad confuſionem referũt, & noſter *Ioã*nes infra in tenebris ambulat, & neſcit quò vadit, ſic confuſa eſt infidelis mens ad Epheſios 4. tenebris dicitur obſcuratus intellectus, & 1. Petri 2. *de infidelitatis tenebris nos vocatos ad lucẽ.* Et in



in hoc ſenſu, quia infideles dæmoni ſeruiũt, eiꝰ regnũ dicitur tenebræ Act. 26. vt cõuertantur de tenebris ad lucẽ, & de poteſtate Satannæ ad Deũ, & ad Coloſſ. 1. *Eripuit nos de poteſtate tenebrarum, & tranſtulit in regnũ filij.*

Secundò poſtquã iam lux orta eſt, eſſe poſſunt tenebræ, ſiuè quia ei oſtium claudamus, & ſic peccatum in ipſis fidelibus dicitur tenebræ, vt bene Orige ſuper ad Romanos 13. Sic Eccleſiaſtici 37. numero 15. *Cum viro ſancto aſſiduus eſto, quemcumque cognoueris obſeruantem timorẽ Dei. Quiamque titubauerit in tenebris non condolebit tibi.* Ecce opponit

nit viro ſancto titubantem in tenebris vel ſi cum Septuaginta legas cum cecideris condolebit tibi. En tenebras vocat caſum, & lapſum in peccatum.

Hoc ergo duplex gen' tenebrarũ duplici rationi lucis opponitur fidei ſcilicet, & gratiæ, vtraque enim lux in Scriptura appellatur, de fide conſtat Iſai. 2. Domus Iacob venite ambulemus in lumine Domini, vt ibi penderauit Hieronymus, vnde veritas, & lux idem ſunt, vt optimè notauit Auguſtinus tomo 8. in id Pſalm. 42. Emitte lucem tuam, & veritatem, hæc nomina (inquit) duo res vna ſũt, quid enim



enim aliud lux Dei, niſi veritas Dei, & quid veritas Dei, niſi lux Dei, & hoc vtrumque vnus eſt Chriſtus. Vide Ambroſium ſuper Lucam ca. 11. & precipuè Cyrillum in caput 30. Iſaiæ circa illud numeri 26. Erit lux Lunæ quaſi lux Solis, & lux Solis erit ſeptimpliciter, ſicut lux ſeptem dierum, in die qua alligauerit Domin' peccata populi ſui. Ideſt, inquit Cyrillus, qui in luce Lunæ verſãtes, & velut adulterini, & modice illuminati ſola humana prudẽtia, hi cum verè Dei cognitionis lumen acceperint, non tanq; in nocte manent, exiguo & lunari lumine, ſed

Chriſtus per gratiam, & lucem ſuam illuceſcet vide Chryſoſtomum 1. tomo homilia 26. in Geneſim lucem cũ virtute, & gratia comparantem.

Vtramque lucis ſignificationem complexus mihi videtur Auguſtinus tomo 8. in id Pſalmi 66. Illuminet vultum ſuum ſuper nos, iuxta duplicem quã præbet huius loci expoſitionem. Primó illuminet vultum ſuũ ſuper nos, ideſt qui nos latebat aperiatur nobis, & quod erat, ſed nobis abſconditum erat, reueletur ſuper nos, hoc eſt per fidei infuſionem mũdo manifeſtetur. Secundò impreſsiſti nobis



ſed velut in die radium ſolarẽ aſpiciunt; illi verò qui Deum eſſe ſcientes, quaſi iam ſole illuſtrati, ſeptulô maiorem illuſtrationem accipient, quales erant legis gnari in anima habentes ſolaris radij coruſcationẽ, Chriſto illuceſcente, & eorum cognitione proficiente in melius, lux quæ illis inerat ſolis, ſeptiés illuceſcet clariùs. Gratia etiã lux dicitur, vt optimè explicat Theodoretus in caput 5. Epiſt. ad Epheſios, id Pauli ex Iſaia *expergiſcere qui dormis, & ſurge ex mortuis, & illuceſcet tibi Chriſtus*, id eſt, inquit, cum excitatus quiſpiam à peccato fuerit, tunc ei Chri-

nobis vultum tuum, feciſti ad imaginem tuam, ſumus in tenebris peccatores, ſed gratiæ tuæ radio diſcutiātur tenebræ meæ, & fulgeat in nobis imago tua quæ eſt in nobis.

Cum ergo tum error, tū peccatum â Deo ſeparent; & tum fides perfecta, tum gratia quæ illam perficit nos illi vniant optimè Ioānes ait in præſenti nō habere ſocietatē cum Deo qui in tenebris, aut errorū, aut peccatorum ambulat, & habere ſocietatem cum eo qui in fidei, & gratiæ luce ambulat.

## NOTATIO POSITIVA.

Ambu-



AMbulare in tenebris idem eſt ac in errore, & peccatis vitam degere iuxta ſuprà dicta, vt ex Hieronymus in id Iſaiæ 59. Spectauimus lucem, & ecce tenebræ, ſplendorem, & in tenebris ambulamus, & in id 53. Qui eſt ex vobis timens Dominum audiens vocem ſerui eius, qui ambulat in tenebris, & non eſt lumē ei; optimè probat Ioannes Fernandez in ſuo theſauro verbo ambulare numerò 10. qui numero etiam 7. bene probat ex Caſſiodoro Lyra, & Auguſtinus in id Pſalmi 88. In lumine vultus tui ambulauimus in lumine ambulare eſſe legem Dei, & præcepta ſeruare. Prætereè cum ambulare in aliquo, idem ſit quod apud nos (Entender en alguna coſa, andar en algun negocio, vt Pſalmo 118. Qui ambulant in lege Domini, quod ſtatim explicatur, non enim qui operantur iniquitatem in vijs eius ambula-

bulauerunt,& Pſal. 100 perambulabā in innocentia cordis mei (Trataua yo, y andaua en la virtud )& in hoc ſenſu 3. Regum vltimo dicitur Aſſa ambulaſſe in via Patris ſui, & Ochozias in via Geroboam, quia ſcilicet in eiſdem peccatis verſabantur. Sic ergo ad rem ambulare in tenebris eſt, in operibus tenebrarum ſe exercere, quæ opera vt abiÿciamus monet Paulus ſuprà, fauet vox Græca quæ eſt Perypatheo ideſt me exerceo, quæ eſt Actorum 21. nu. 24 Ambulans,& ipſe cuſtodiens legē, ideſt ſe exercēs ſecundū inſtitutum & legē, ſic in tenebris ambulare, eſt ſe exercere in operibus tenebrarum.

Secundo circa veritatē Pater Sà legit, dicimus, quod non placet, quia nō agit de veritate ſpeculatiua ſed practica, de prima enim iam dixerat mentimur iuxta id ad Titum. Dicunt ſe noſſe Deum,& factis negant.

Cùm



Cum enim veritas, non minus factis quam verbis inſit, vt patet ex Scriptura in qua mendacium dicitur operari Oſeæ 7.& Hieremiæ 8.& veritas fieri ad Epheſios 4. & in hac Epiſtola infra. Verbum mentiendi ad eos referri debet qui erroribus à Deo ſeparantur, veritatem autem non facere ad eos qui cum credant, non facta fidei conformant, de quibus Paulus 1. ad Romanos numer. 18. qui Dei veritatem in iniuſtitia detinent, vt bene Chryſoſtomus,& Theophilactus ibidem, qui quam veritatem à Deo,& natura ipſa didicerunt, quaſi detentam, incluſamque habent ne operibus maniſeſtentur, & in hoc ſenſu dicebat idem Paulus fidem per charitatem operari, quaſi faciamus per bona opera veritatem quam credimus, vt ad Epheſios 4. Veritatem facientes in charitate, creſcamus in illo per omnia. Sicut



domus

domus quæ in mente artificis eſt dicitur fieri cum creſcit ædificium ad eius ideam. Præterea veritatem facere eſt eam docere. Sic Ioannes epiſtola 3. numero 6. Cooperatores ſumus veritatis & 2. ad Corinth. 7. veritas facta eſt ad Titum. Increpat ergo Ioannes non ſolum eos qui mentiuntur, ſed qui alios docentes non veritatem faciunt. Præterea facere veritatem eſt (guardar la palabra dada) Ioſuæ 2. numero 14. dicitur Raab. Faciemus in te miſericordiam, & veritatem. Haremos razon, y cumpliremos nueſtra palabra. Ait ergo Ioannes, infidelis qui in errore eſt, & dicit ſe eſſe in luce mentitur, & fidelis qui in peccato datam fidem non ſeruat.

Denique cum veritas ſit in Scriptura ipſa met iuſtitia & æquitas, vt Zachariæ 8. cum Hieruſalem vocatur ciuitas veritatis. Quod ſtatim explicatur mons



mons ſanctificatus, & Pſalm. 11. defecit ſanctus, diminutæ ſunt veritates, id eſt bona opera quæ Dei voluntati conformentur, facere veritatem erit (hazer razon, hazer el deuer) ſic Ioannis 3. Qui facit veritatem venit ad lucem, qui malè agit odit lucem, vbi facientem veritatem opponit agenti malè, qui ſenſus in præſenti quadrat, quaſi dicat [El que anda en tinieblas, ni tiene iuſticia, ni verdad para parecer)

## NOTATIO THEOLOGICA

*Videatur Oecumenius qui exiſtimat totius ſententiæ intellectum, eſſe Iudæorum blaſphemiam euertere, qui Ioannis 9. dicebant nos ſcimus quia peccator ſit. Hinc etiam euertitur error qui Ioannis*

*tempore excitatus eſt, dicentium ad Romanos* 3.*num*.8. Faciamus mala, vt inde eueniant bona, *& ca.* 9.*num* 19. quid adhuc quæritur? volũtati enim ei⁹ quis reſiſtit? *de quibus Iacobus etiam cap.* 2.*num.* 20. Vis autem, homo inanis ſcire, quia fides ſine operib⁹ mortua eſt. *Parthi in hoc errore verſabantur, peccata non nocere, neque tollere ſocietatem cum Deo ob Dei prædeſtinationem, & quia in eius gloriã cedunt; hos monet Ioannes ſocietatem non habere cum Deõ; ſi in peccatorum tenebris ſint, quantumvis fidei luce illuſtrentur, debereque non in luce fidei ſedere, ſed per bona opera in luce ambulare.*

NO-



## NOTATIO MORALIS.

PRIMO Bene notarunt Beda Caietanus, & Claudius, & Heſſelius in præſenti de iuſtis dici ambulare in luce, ſi autem in luce ambulemus At de Deo, ſicut ipſe eſt in luce, quia nimirũm ſic iuſti in fide, gratia, aut virtute ſunt, vt in ea ambulent & proficiant, Deus autem non proficere poteſt, ſed in ipſa luce eſt, cũm ab initio ſummam habeat perfectionem, ſic Iuſtorum ſemita eſt quaſi lux ſplendens, quæ procedit vſq; ad perfectum diem. Prouerbiorum 4. num. 18. Dei autem facies ſicut ſol in virtute ſua, Apocalypſis 1. numero 16 & apud Iſaiam ſicut lux meridiana clara eſt, fœmina autem ſancta ſicut ſol oriens mundo.

Secũdo nõ ſat eſt lucẽ fidei habere, ſed in ea per bona opera ambulare, ſicut

enim lux id eo data eſt, vt ea orta quiſque exead ad opus ſuum, ſic fides, vt in ea ambulemus, vt Iob 29. Quando lucebat lucerna eius ſuper caput meum, ad lumen eius ambulabam in tenebris quod ille præſtat; qui, vt ibidem Gregorius lib. 19. Moraſium cap. 10. Ponit greſſus boni operis, directus lumine ſupernæ loquutionis, Baruch 4. numero 2. Conuertere Iacob, & apprehēde, eam ſcilicet legem, ambula per viā ad ſplendorem eius contra lumē eius, id eſt vt Septuaginta legunt, ambula ad ſplendorem coram lumine eius, (obra ſegun la luz, y enſeñança de la ley.) Sic ego intelligo id Eccleſiaſtes 11. num. 9. ambula in vijs cordis tui, & in intuitu oculorum tuorum. Quod licèt ironicè aliqui interpretentur; Septuaginta non patiuntur, qui ibidem addunt. Ambula in vijs cordis tui irreprehenſibilis (anda como te dicta tu coraçon,

deues



deues andar.) & in intuitu oculorum tuorum, y echa por el camino que ves con la luz de Dios ſer el mejor.) cuius oppoſitum eſt Hieremiæ 13. numero. 10. Populum iſtum peſsimum, qui nolunt audire verba mea, & ambulant in prauitate cordis ſui, vbi ſeptuaginta ambulantes in directione cordis eorū praui (andan por donde ſu errado dictamen, y deſcaminado coraçon los encamina.) Quod Pſalmo 80. nume. 10. dicitur dimiſi eos ſecundum deſideria cordis eorum, & ibunt in ad inuentionibus ſuis, ideſt, non ad meam lucem, & doctrinam ambulabunt, ideſt operabuntur, ſed iuxta ad inuentiones, & doctrinas falſas quas inuenerunt. Deniq; ambulare, & non iuxta hanc lucem ambulare, ſedere eſt. Iſaiæ 9. Populus qui ambulabāt in tenebris vidit lucem magnam, & ſedentibus in regione vmbræ mortis lux orta eſt. Quomodo ſedebant

Q 5

bant, & ambulabant, vt bene ibi dubitauit Baſilius quia non ambulare iuxta Dei lucem, & doctrinam, ſedere eſt, neque vllum greſſum ad cœlum, per verum virtutis tramitem facere.

*Et ſanguis Ieſu Chriſti filij eius emundabit nos ab omni peccato.*

## EXPLANATIO Literae.

TRIA Nobis examinanda ſunt, quomodo hæc cum precedentibus connectantur, quibus modis ſanguis Chriſti emundet de qua emundatione facta per ſanguinem Chriſti loquatur Ioannes, vbi

quod



quod ſit omne peccatum á quo mundamur per illum.

Circa primum Auguſtinus, & Oecumenius ſic hæc cum præcedentibus cōnectunt, cum dixiſſet Ioannes opus eſſe, vt nulla ſint peccata, vt ſocietas cum Chriſto contrahatur, ne animo peccatores conciderent, addit remedium, ſanguinem videlicet Ieſu Chriſti, & Ioannes ſic explicatus ſimilis eſt Paulo ad Hebræos 12. vbi cum Hebræos hortaretur ad errores & peccata relinquenda, & ad Eccleſiam primitiuorum ſectādam, quaſi diceret aliquis, quomodo nos poterimus ad iſtum perfecto-

rum

rum ſpiritum pervenire? addit teſtamenti noui mediatorem Ieſum,& ſanguinis aſperſionē, melius loquentem, &c. Quaſi dicat, vt bene ibi Ribera, ſi vos peccatorum conſcientia deterret, ac timetis ne propterea cælū ingredi prohibeamini, ne timeatis, acceſiſtis enim ad aſperſionem ſanguinis, ideſt veniſtis ad Eccleſiam in qua per ſanguinem Chriſti à peccatis emūdamini iuxta dicta ca. 9. Et omnia penè in ſanguine ſecūdum legē mundantur, & ſine ſanguinis effuſione non fit remiſsio.

Beda vero quē ſequitur Claudius, Caietanus, & Heſſellius prop-



petereà iſtud á Ioāne additū putant, ne putemus noſtris ſanctis operibus, noſtro profectu aut induſtria á peccatis ad integrum poſſe mundari, quaſi dicere poſſet aliquis incredulus, quì fieri poteſt, vt nos ad tantam ſocietatem perueniamus? Reſpondet non noſtris operibus ſed Chriſti ſanguine præſtādum, & Ioannes ſic explicatus ſimilis eſt Paulo ad Romanos 8. Nam quod impoſsibile erat legi in quo infirmabatur per carnem, Deus filium ſuum mittēs in ſimilitudinem carnis peccati, & de peccato, &c. ideſt cū lex ex natura infirma eſſet, Chriſtus

ſtus ad peccatũ tollẽdũ nos for tes efficit. Heſelio placet cõmẽ tarius quidam incognitus, qui habet Ioannem hoc dixiſſe cõtra Ebionitas, qui cùm in tenebris ambularent, crebris aquæ lotionibus ſe â peccatis emundari dicebant, vt reliqui gudaizantes contra hos ait Ioannes *Non aquæ, ſed ſanguinis Ieſu Chriſti virtute mũdari.* His ego addo particulã & cauſã reddere ob quã nos natura tenebræ ſim⁹ & peccatores cũ Deo ſocietatẽ habemus, quia ſcilicet Chriſtus Dñs ad Epheſ. 2. nu. 14. ſanguine ſuo ſoluit, ac tulit parietẽ inimiciarú. Vel ſit conſequutio, ex aſsidua



dua enim ſocietate, & familiaritate cũ Chriſto quotidiana peccata virtute sãguinis Chriſti remittũtur, vt infra probabimus.

Circa 2. & 3. quomodo is sãguis emũdet. dico 1. ſanguinẽ Chriſti nos emũdare 1. ſuadẽdo nobis, vt illo vtẽtes peccata abluamus, ſic ego intelligo illud Pauli ad Hebræos 11. *Teſtamenti noui mediatorẽ Ieſũ, & sãguinis aſperſionẽ* (hoc eſt emũdationẽ) *Melius loquentem quam Abel,* Suppono loquellam hanc non ad ſanguinẽ Chriſti aut Abel referendam, vt benè Ribera iuxta dicta capite 11. & per illum defunctis Abel adhuc loquitur. Suppono

no etiam Abel ad Deum clamare, vt Chryſoſtomus Theophilactus Cyrillus, & cõmunis; & cõſtat Geneſis 4. ſanguis fratris tui Abel clamat ad me.

Hoc ſuppoſito, omiſsis alijs interpretationib9, exiſtimo ideò Paulum dicere melius clamare Chriſtum quam Abel, quia Abel clamabat ad Deum, Chriſtus verò clamat ad hominem; ille à Deo petẽdo vindictam; hic ab homine exigendo, vt mundari ſe ſinat, ille poſtulat vt Caimi sãguis effundatur, iſte, vt effuſus ſanguis recipiatur, id mihi ſuadet contextus, addit enim Paulus, videte ne recuſetis loquentem,



tem, ſi enim illi non effugerũt recuſantes eum, qui ſuper terram loquebatur idest Moiſsẽ, multò magis nos qui de cælis loquentem nobis auertimus, ergo ſanguis Chriſti ad nos clamat: Sed quid clamat? quod ſuprà dixerat ſanguinis aſperſionem melius loquentem ideſt emundationem, vt ſcilicet hoc ſanguine aſperſi mundemur. Quam eandem vocẽ per Iſaiã emittit lauamini, mundi eſtote, auferte malum &c.

Secundo emundat nos ſanguis Chriſti efficienter, ſeu meritoriè quatenus ille effuſus pro noſtrorum peccatorũ ſor-

dibus ſatisfecit. & in hoc ſenſu Apocalypſis 1. dilexit nos, & lauit nos in ſanguine ſuo, vbi illud, in, ſignificat inſtrumẽtum, vt 1. Regum 17. non in gladio, neque in haſta ſaluat Dominus & lucæ 22. ſi percutimus in gladio, idque ponderãdum in verbis illis Pauli ad Hebræos 9. omnia penè in ſanguine ſecundum legem mundantur & ſine ſanguinis effuſione non fit remiſsio, nam licet aliqui aduerbium, pene, ad nomen omnia referant, quia aliqua non mundabantur ſanguine, vt Numerorum 19. conſtat de his quæ mundabantur





aqua aſperſionis, in quam ruſæ vitulæ cineres mittebantur. Sed melius Chriſoſtomus & Theophilactus ad verbũ mũdãtur referũt, & ſit ſenſus, ſanguis ille vitulorum &c. Non plenè mũdabat, ſed penè, quia ſolùm exteriorem illam irregularitatem ad exercenda templi munia tollebat, neque ipſe virtutem Deũ placandi habebat, ſed quatenus illo exteriori ſigno cordis contritio exprimebatur D. Thomas 1. 2. queſtione 103. articu. 2. docet, quod ſanguis Christi emumdat, quia in ſe virtutem habet Deum placandi, & huius sãguinis excellẽtiã

ſupra ſanguinem animalium effuſum, optimè mihi videtur Paulus declaraſse ad Hebræos 9.num.23. Neceſſe eſt ergo exẽplaria quidem cæleſtiũ his mũdari. Quæ ſunt hæc cæleſtia exẽplaria? Chriſoſtomus, Theophilactus, Oecumenius, Theodoretus & Primaſius, de Eccleſia eiuſque myſterijs interpretantur iuxta Ioannis viſionem quando cæleſtem Hieruſalem de cælo deſcendentem vidit, & ſic erit ſenſus (aclaro Dios, y auiuo los miſterios que eſtauan como en borrones con el color de ſu ſangre.) Sic enim exẽplaria Græce eſt hypodigmata





quod Theophilactus in id ad Hebreos 8. qui exẽplari & vmbrae coeleſtium deſeruiunt interpretatur obſcuram picturã. Si vero cum Diuo Thoma & Lyra de ipſa cæleſti Eccleſia intelligas quæ exemplar dicitur ad quuius inſtar hæc terrena inſtituta eſt, pulcher ſenſus elicitur, non ſolum Chriſti ſanguis terrenum tabernaculum emũdat, quatenus peccata ab eo tollit, ſed ipſum met coelũ, ſiue (porque el ciclo parece tenia vna mancha en ſu hõra, pues a vna mançana fue poſpueſto, y tuuo tan malos vezinos que fueron deſterrados.) Hæc honoris ma

cula mundatur ſanguine Chriſti, ſiquidem, vt cæli colerentur ab hominibus effuſus eſt. (Y ſe vera la eſtima del cielo, pues porque ſe goze ſe derrama ſangre de Dios) ſiue ad rem noſtram, ſanguis quodandam effuſus cum cælum nõ placaret, ſoetorem noſtrorum peccatorũ; qui illuc penetrare dicitur in Scriptura, non tollebat, ſanguis vero Chriſti, cũ & peccata tollat, & cælum nobis concilict, nos & cæleſtia dicitur mũdare.

Circa tertium de qua emundatione, & quo peccato loquatur Ioannes, Caterinus exiſtimat Ioannem agere de peccatorũ venialiũ emũdatione, &



probat ex antecedẽtibus, ſi in luce ambulamus, ſicut ipſe eſt in luce ſocietatem habemus cũ eo, & ſanguis Chriſti emundat nos. Quomodo autẽ inquit Catherinus qui in luce gratiæ sũt mũdari poſsũt niſi á venialib⁹? iuxta illud Pſ. 50. & ab iniquitate mea mũdame. Turrian⁹ vero tractatu de euchariſtia fo. 35. p. 2. ad emũdationem quæ fit per baptiſmum refert, & probat ex ſubſequẽtibus, ſequitur enim, ſi dixerimus quia pecca tũ non habemus, quaſi dicat, ab infidelitate mũdamur per baptiſmũ; à peccatis vero cõmiſsis poſt baptiſmum per confeſsionem.

Sed melius exiſtimo cũ Oecumenio, Auguſtino, Claudio, & Heſſelio Ioannem vſum eſſe Synodoche dum genus pro omnibus ſpeciebus ponit, atque plus exprimere ſingulari quã plurali numero, & de omni peccatorũ colluuione loqui, quod ex contextu patet, quia ad lucẽ fidei & charitatis excitauerat, & ad ſocietatem in vtroque cũ Deo ineundam, nunc remediũ ad vtrumque præbet, ſcilicet emundari ſanguine Chriſti per baptiſmum ab erroribus, ſi infideles ſint: per confeſſionem á peccatis, ſi peccatores. De 1. Paulus egit ad Hebræos 10. accedamus ad eum cum vero corde in plenitudine fidei aſperſi





corda à conſcientia mala & abluti corpore aqua munda, vbi conſcientia mala dicitur incredula, quæ anthonomaticè eſt mala ad Hebræos 13. cor malũ incredulitatis, & ablutionẽ, aſperſionemque ad baptiſmum referunt, Chriſoſtomus Theophilactus Theodoret⁹, & Oecumenius: De 2. vero munditie à peccatis agit Ioannes Apocalypſis 7. num. 20. Lauerunt ſtollas ſuas, & dealbauerunt in ſanguine agni quod & de ſolis Martyribus Auguſtinus ſermone 11. de tempore & Dius Gre-

gorius homilia 17. in Ezechie-lē intelligant de omnibus electis qui mundantur per penitentiam & bona opera quæ á ſanguine agni vim habent mundādi, Ambroſius Beda, Haimo, & Tyconius interpretantur.

Præterea mundat etiā ſordes peccatorum venialium ſicut enim redemptus á ſeruitute tunc faciem abluit, quam in ſeruitutis mærore maculauerat, ſordidam que reliquerat, ſic Paulus ad Titum 2. *Saluator noſter Ieſus Chriſtus dedit ſemet ipſum pro nobis vt nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret ſibi populum acceptabilem,* ( no ſolo nos reſ-



reſcato del peccado ſino nos lauo, aſſeo, y hermoſſeo, para q̄ mejor le pareceſemos.) Sic Ioannes cum de redemptione ab erroribus & peccatis egiſſet, nūc de mūditiè agit, ſicut etiam orta luce facies, etiam ſide macula non cōſtet abluitur, & mūdatur, ſic cū de luce dixiſſet Ioannes nos à quibuſcūq. ſordibus ſāguine Chriſti mūdari docet.

## NOTATIO POSITIVA

Conſiderandū eſt tria propoſitionū genera inueniri in Scriptura, cū de ſanguine morte, paſsione, propitiatione, & redemptione Chriſti agitur, alias quidem de præterito, quaſdā vero de preſenti, alias de futuro, legimus enim quod dilexit nos, & lauit nos à pec-

à peccatis noſtris in ſanguine ſuo ad Hebræos 1. Purgatione peccatorum facta vt Græca habent: & ad Epheſios 1. gratificauit nos in dilecto filio ſuo, & ad Romanos 5. Reconciliati ſumus per mortem filij eius, Eccleſiã Dei acquiſiuit ſanguine ſuo, Actor. 20. Iſaiæ 38. Proiecit in profundum maris omnes iniquitates noſtras, quæ propoſitiones de præterito ſic ſunt intelligendæ, vel enim dicuntur à Prophetis veteris teſtamenti, & ſic ſignificat immobilitatem & certitudinẽ diuini decreti, Prophetis iam facta putantibus quæ ſine dubio facienda erant. Sic intellige dicta Iſaiæ 53 numer. 7. oblatus eſt quia ipſe voluit, & infrà. Ipſe peccata multorum tulit, & pro tranſgreſſoribus rogauit. & Zachariæ 12. aſpicient in quẽ confixerunt, & Pſalmo 21. numer. 18. Foderunt manus meas, & pedes meos. Vide hanc regulam latè tractantem Hie-



Hieronymum tom. 9. circa id ad Epheſios 2. conſuſcitauit, & conſedere fecit in cœleſtibus, & in caput tertium Ezechielis à medio tomo 5.

Quod etiam pro modeſtia Prophetarum factum eſſe tradit Salmeron Prolegomeno 10. Quinquagena 2 Canone 53. fine, vt ſic hiſtorici potius quã vates apparerent, longè aliter à Poëtis, qui propheticæ gloriam ſibi arrogãtes præterita per futura indicant, vt Virgilius.

*Sed Pater Æneas Troas dominabitur inter*
*Et nati natorum, & qui naſcentur ab illis.*

VEL Dicuntur hæ propoſitiones ab Apoſtolis, & tunc ſignificatur Chriſtũ Dominum feciſſe ex parte ſua medicinam efficaciter ſanantem à morbo peccati, ſi tamẽ ſuma-

ſumatur,& homini incorporetur. Vt cum dicitur feciſſe conuiuium grãde, ideſt expenſas ad illud magnificas. Fecit redemptionem plebis. Ideſt fecit peccata ſanabilia, noſque ſanabiles. Hinc Paulus 2. ad Corinth. 5. nu. 19. Deus erat in Chriſto mundum reconcilians ſibi, & infrà. Dedit nobis myſterium reconciliationis. Et paulô ſuperiùs. Obſecramus vos, reconciliamini Deo. Vt intelligas in opere noſtram reconciliationem inueniri, & Deum in Chriſto, vt propter eius merita nos ſibi reconciliet, & interuenire Apoſtolos miniſterio reconciliationis, ſcilicet Sacramento,& nos ipſos qui recõciliandi ſumus abſque quorum conſenſu non fiet reconciliatio plena.

Secundò propoſitiones reperiũtur de præſenti, in Scriptura de paſſione, & ſanguine Chriſti, quales ſunt, emundat nos ab omni iniquitate, tollit peccata





cata mundi. Ad Epheſ. 1. n. 7. habemus redẽptionem per ſanguinẽ eius, & remiſſionẽ peccatorũ ſecũdùm diuitias gratiæ eius 1. ad Timotheũ 4. nu. 10. ſperamus in Deũ viuũ qui eſt ſaluator omniũ hominum, maximè fidelium,& hæ propoſitiones ſignificãt 1. vim quã ex ſe habet ſanguis Chriſti, vt dicimus veneno reſiſtere Mitridaticum; Reubarbũ purgare coleram; mannâ pituitam. 2. huiuſmodi propoſitiones ſignificant expiationẽ ſaltẽ veni aliũ peccatorũ quã facit Chriſtus per Sacramẽtũ Euchariſtiæ quæ quotidiè pro peccatis offertur, cùm ſit iuge ſacrifiũ, ſic enim Paulus ad Hebræos 9. dixit. Melioribus hoſtijs quã antiquis nos mundari. Cur dixit melioribus hoſtijs, Cùm Chriſtus vnã ſolã hoſtiã obtulerit? quoniã hæc eadẽ hoſtia quotidiè repetita, & à multis ſacerdotibus oblata, quaſi multæ hoſtiæ cẽſetur. 3. Deniq; de Chriſti ſangui

ne ſunt propoſitiones de futuro Pſal. 129. dabit ex Sion ſalutare Iſrael, & Pſalmo 13. Cum auerterit Deus captiuitatem plebis ſuæ Iſaiæ 59. numero 20. Venit ex Sion qui eripiat, & auertat captiuitatem Iacob, & hoc illis à me teſtamentum; cùm abſtulero peccata eorum; quæ propoſitiones ſenſum; vt iacet Propheticū ſolùm continēt.

## NOTATIO THEOLOGICA

*OPtimè Leo Papa in reſcripto ad Flauianum Conſtantinopolitanum contra Eugetis perfidiam tomo 1. Conciliorum ex hoc loco probat Chriſtum Dominum, verum Deum & hominem eſſe, & merito; nam ſi homo non eſſet, ſanguinem non funderet; ſi Deus non eſſet non mun-*



*mundaret ab omni iniquitate.*

*Optimè etiam ex hoc loco Chriſtum eſſe Deum Celadius Clarus Hiſpanus lib. 3. aduerſus Varimandum colligit, quia mundare æquè tribuitur Patri & Spiritui Sancto ac Filio, de Patre dicitur apud Ezechielem, mundabo eos, & erunt mihi populus, De Spiritu Sancto in Iſaia, mundabit ſordes in ſpiritu iudicij & ardoris, & de filio hic, emundat nos ab omni iniquitate.*

*Videatur etiam Hieronymus lib. 2. aduerſus Pelagianos tomo 2. folio. 283 qui hinc probat hominem non iuſtificari proprijs operibus. Aliud eſt enim mundari à Deo, aliud per ſe eſſe ſine vitio aut viribus naturæ à ſe mun-*

*dari. Idem hic ponderauit Claudius.*

*Videatur tandem Caietanus qui hinc probat non dimidium diſſolui à Deo, ſed omne peccatum, omnemque iniquitatem mundari.*

## NOTATIO MORALIS.

INter abſtruſiora Fidei noſtræ myſteria, hæc per ſanguinem Chriſti morientis numeratur Iſaiæ 52. cum enim de Chriſti paſsione egiſſet addit num. 15 adsperget gentes multas, ſuper ipſum continebunt reges os ſuum. In originali eſt particula, ſic, ideſt ſic crucifixus, ſic ludibrio habitus, ſic in prodigium, & portentum factus ſanguine ſuo vniuerſum orbem mundabit, quod Reges tanto ſtupore defiget, vt nec hiſcere quidẽ audeant & hæc eſt connexio in ſpalmo 50. vere



ſiculi 8. cum precedenti incerta & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſtis mihi aſperges me hyſſopo, & ſuper niuem dealbabor. Et meritô quidem non enim ſolum ſanguis Chriſti mundat nos ab omni iniquitate, ſed minima quædam eius guttula mundat nos ab omni iniquitate, vnde hæc ablutio adſperſio dicitur in Scriptura 1. Petri 1. electi in ſanctificationem Spiritus in obedientiam, & aſperſionem ſanguinis Ieſu Chriſti, ideſt vt electi aſperſi Chriſti ſanguine ab SpirituSancto mũdentur, quod ſignificatur leuitici 24. vbi digito ſolum iubetur ſacerdos templum vniuerſum aſpergere, quaſi leuis illa adſperſio omnia ſufficeret mundare.

Noſter quidem ſanguis dum à Deo effunditur in vindictam dicitur ipſum Deum inquinare, ſanguis vero illius effuſus ad miſericordiam verè dicitur

 nos

nos mundare ſic enim Iſaiæ 63. adſperſus eſt ſanguis eorum ſuper veſtiméta mea, & omnia indumenta mea inquinauit. Quod Hieronymus de Victoria in paſsione parta interpretatur. Apocalypſis vero 22. dealbauerunt ſtollas ſuas in ſanguine agni, Mira res? inquit Oleaſter in capitulo. 14. Leuitici, veſtimenta huius ſanguine inquinantur, & omnia mundat ſanguine ſuo.

11. Vltimo denique bene notat Hieronymus in capit. 3. Malachiæ ſanguinem Chriſti diuerſo modo lethalia ac venialia abluere, illis enim dicitur ignis, his vero aqua Iſaiæ 4. ſi abluerit Dominus ſordes filiarum Sion, & ſanguinem Hieruſalem lauerit in ſpiritu iudicij, & ſpiritu ardoris: vbi aquam vides & ignem, & vtrumque ad abluēdas ſordes.





*Quod ſi dixerimus quia peccatū nō habemus nos met ipſos ſeducimus & veriaas in nobis non eſt.*

## EXPLANATIO Literæ.

DVO Circa literam oportet examinare, quorſum hæc verba dicātur a Ioanne, & cum precedentibus connectātur? 2. de quo peccato fiat ſermo? Circa 1. Oecumenius exiſtimat eundem ſermonem repeti, & productæ redargutionis frequentia amplius à magnitudine peccati Parthos coërceri & ad confeſſionem inuitari. Auguſtinus quem ſequuntur expoſitores, ſic hæc cum præcedentibus connectit, cum remedium ijs præbuiſſet Ioannes qui animo ſponde-

bant ob peccatorum tenebras & peccata, de ijs nunc agit qui ſic e contra nimum elati dicebant ſe non peccaſſe, quos idcirco peccata non videre ait, quia veritas quæ lux eſt, in eis non eſt. Heſſellius exiſtimat ideò hoc ſubijci à Ioanne, ne quis ſuperiorem ſententiam de Chriſti ſanguine, de ijs tamen peccatis intelligeret quæ prius quam in luce ambularemus cõmiſimus, itaque non ſolum Chriſti ſanguis ab omni iniquitate mundat, ſed omnes emundat, quia nullus eſt labis expers, & idẽ ſequitur Caietanus.

Ego quidẽ exiſtimo hec verba proferri à Ioanne, quia duo precipui errores ſunt, circa nouæ gratiæ adquiſitionem, & in ea perſeuerantiam 1. ſi quis dicat ſimul eſſe poſſe in gratia & peccatis, hunc errorem iam refellerat in verbis precedentibus, ſi dixerimus quod ſocietatem habemus cum eo & in



in tenebris ambulamus. &c. Secundo ſi è cõtra quis ſe nullum peccatum habere dicat? & ideò de remedio nõ curet, hic neque Chriſti ſanguinem, de quo dixerat, neque peccatorum confeſsionem de qua dicet, curabit.

Circa 2. de quo peccato fiat ſermo 1. non placet Oecumenius qui de peccato commiſſo ab Hebræis occidendo Chriſtum interpretatur, quid enim hoc cum Parthis quibus cum agit Ioãnes? neque id peccatum fuit adeò vniverſale, vt verba ſonant.

Secundo longè minus placere poteſt lutherus qui de peccato Originali licet de peccato aliquo quod ſemper in renatis hæreat cum alijs hunc locum deprauantibus, intelligit: vide Valentiam in Controuerſijs de peccato Origiuali capit. 8. iam enim hoc deletum eſt aqua illa munda Ezechielis 26. numero 29.

Chriſto namque inſitus Adami peccati non eſt particeps.

Tertio non placent alij qui de quouis peccato mortali intelligunt, hoc enim iam excluſerat Ioannes cum dixiſſet tenebras cum luce repugnare: tum quia Ioannes Socij, aliquę ſingulari Dei beneficio abſq. mortali ſunt. Tota ergo difficultas eſt an de concupiſcentiæ vitio ac morbo, an de venialibus peccatis Ioannes loquatur?

Et 1 ſententia quam tuetur Claudius Catherinus, & Salmeron in huius epiſtolæ commentarijs, de concupiſcentiæ vitio, ſeu de effectu fomitis interpretantur. Et prob. 1. authoritate Aug. de perfectione Iuſtitiæ contra Celeſtium cap. 18 vbi ait(cuius reliquijs(peccati ſcilicet Adami) in homine manentibus interiori, ſi dixerimus quia peccatum non habemus nos ſeducimus.





Sed hic locus non Probat, quia ibi Auguſtinus ſolùm concordare curat hunc Ioannis locum cum alijs eiuſdē ca. 5. Omnis qui natus eſt ex Deo peccatũ non facit, aitq; 2 id quod ex Deo nati ſumus, & in Chriſto manentes nō peccare, ſecundum autem quod de homine illo nati ſumus per quem peccatũ intrauit ſine peccato nō ſumus quia ſine illius infirmitate nō ſumus. Auguſtinus ergo non tã dicit peccatum de quo hic agit Ioannes eſſe illam naturæ infirmitatem ſed ex ea oriri, vt attētè legenti conſtabit.

Præterea ducunt eundem Auguſtinum Epiſtola 29 quæ eſt ad Hieronymum, vbi quis eſt( inquit) ſine aliquo vitio, ideſt fomite quodam vel quaſi ſine redice peccati, dum clamat Ioannes ſi dixerimus quia peccatum non habemus nos ſeducimus. Sed neque hic locus probat Auguſtinum peccatũ

de fomite declarare, ſed colligere eſſe hunc morbum aut fomitem ex quotidiano lapſu in peccatum, vt patet legenti.

Secundò probat Catherinus ratione quod non intelligendum ſit de peccato actuali, ſed de hac radice peccati, quia vel loquitur de ipſa culpa, & hoc eſſet cum Luthero aſſerere in quouis actu nos peccare, vel de reatu manente, & eſt falſum, quia dari poteſt tẽpus quãdo homo nullo teneatur reatu peccati: ſed frigida eſt iſta ratio, nã vt benè Caietan⁹ notauit, licèt quis nõ peccet, dicitur habere peccatũ, quia habet cõmiſſum, & ſic Ioãnes dixit, quod ſi dixerimus quia peccatũ non habemus, &c.

Quam obrẽ exiſtimo nõ in præſenti peccatũ ſumi pro cõcupiſcẽtia. 1. quia null⁹ adeò ſtultus eſt, qui nõ ſentiat ſe ad hoc malũ inclinari, & hanc legẽ in membris ſuis nõ ſentiat, quare nullus eſſe



eſſe poterat in quẽ tũ Ioãnes inueheretur dicẽs illũ ſeduci, & mẽtiri. Erãt autẽ quàm plurimi qui ſe omninò ſanctos vẽditabãt. Præterea de eo peccato agit quod infrà hortatur cõfiteri dicẽs quod ſi cõfiteamur, &c. Propter illam autem concupiſcentiam in carne habitantem, & eius motus abſque conſenſu nõ eget homo remiſsione, vt docet Auguſt. l. 1. contra duas epiſtolas Pelagianorũ c. 13. li. de ſpiritu & litera ca. vltim. concione 3. in Pſal. 118. & libr. Quinquaginta humiliarum, homil. 5. Denique ſubtilem potius quam verã vocat Auguſtinus iſtam expoſitionẽ in fine libri de perfectione iuſtitiæ. (quis qui (inquit) dixerit poſt acceptã remiſſionem peccatorum ità quemcumq; vixiſſe in carne vel viuere, vt nullum habeat omninò peccatum contradicit Ioanni dicenti, ſi dixerimus quia peccatum non habemus, non enim ait habui-

buimus, ſed habemus. Quod ſi quis aſſerat de illo peccato eſſe dictum à Ioãne quod habitat in carne noſtra mortali, quod primi parentis peccantis volũtate contractum eſt, non autem peccare qui eidem peccato, quaſi in carne habitanti ad nullum opus malum omninò conſentit, ſubtiliter quidem iſta diſcernit, ſed videas, &c.) hæc Auguſtinus.

Dicendum ergo, exiſtimo Ioannem, tum de peccatis venialibus, tum de macula per quod vis peccatum contracta agere. Sic D. Thomas 4. ſententiarum diſputatione 19. articulo 2. queſtione 2. ad 1 & deſtinct. 21. queſt. 2. articu. 1. ad 4. Sanctus Paterius ex Gregorio Magno in locis circa hanc Epiſtolam tomo 6. operum Gregorij, Paſchaſius Abbas de corpore & ſanguine Domini cap. 9. tomo 4. Bibliothecæ, Gregorius in caput. 13. libri 1. Regum lib. 5 cap.



cap. 3. Cyprianus & alij relati in Gloſſa noua, & clariſsime Auguſtinus hic, quia inquit non poteſt homo quandiu carnem portat non habere leuia peccata. Et colligo ex Concilio Africano cap. 81. ſub Bonifacio 1. vbi ex eo probat non humiliter, ſed veraciter hæc verba à Ioanne proferri, quia ſtatim ſubditur quod ſi confiteamur omnia peccata noſtra &c. Ecce Concilium de his peccatis intellegit quæ confiteri poſſumus.

Præterea cum Ioannes dicat infrà nos emundari a peccato per confeſsionem, & dixerit ſupra emundari ſanguine Chriſti, agit ſine dubio de macula peccati quæ dicitur à Theologis, peccato commiſſo, & non retractato, manere in anima, quam maculam per peccata etiam venialia cõtrahi, docet Diuus Thomas 3. p. queſt. 87. art. 2. ad 3. licet 1. 2. queſtione 89. art. 1. videatur dicere oppo-

oppoſitũ, ſed intelligẽdus eſt de macũ la quæ eſt cũ priuatione gratiæ quam maculam non in reatu pœnæ, vt volebat Scotus, & Durandus, ſed in dignitate pœnæ cõſiſtere videatur Vazquez 1.2. diſp.139 cap.5.

Dices quomodo hic locus concilietur cũ illo eiuſdem Ioannis hic cap.5. Qui ex Deo eſt peccatum non facit& cum illo capitis 3. Scimus quod omnis qui natus eſt ex Deo non peccat, peccatum enim non facere, & peccatũ habere videntur opponi. Hieronymus lib.1. aduerſus Pelagianos, & Auguſtinus de perfectione iuſtitiæ c. 18. ſic cõcordant, vt ex Deo habeamus nõ peccare, ex nobis autem in peccata dillabi, qui ergo (inquit Hieronymus) ex Deo eſt, non peccat, quandiu ſemen Dei manet in eo.

Reſpondeo etiam quod vel illud, non peccat, ſumitur de mortalibus, & ſic



ſic non contradicit huic loco in quo agitur de venialibus, & explicandus eſt, vt explicatur Sophonias capit. 3. reliquiæ Iſrael non faciunt iniquitatem, vbi non dicitur quod in peccata leuia non incidant, ſed ſtudium puritatis indicatur.

## NOTATIO POSITIVA

VERBVM illud ſeduco vim maximam in præſenti habet, ſignificat enim in Scriptura, non vt cumque fallere, ſed ſimplici aliquui ſe magnum quiddam eſſe adulando ſuadere ( Encaxalle en la cabeça que es vna gran coſa. ) Sic enim Hieremiæ 20. numero 7. Seduxiſti me Domine, & ſeductus ſum, ideſt, vt bene Clarius me hanc prouinciam recuſantem illi adminiſtrandæ ido-

idoneum fore dixi, quod ſi, vt iſti falſò queruntur ego ſum ſeductus tu me ſeduxiſti, cùm non meà ſponte hoc munus obierim, ſed te fuerim vocantem ſequutus. [Vos Señor, me puſiſtes en la cabeça que era bueno para gouierno.] inde etiã ad Romanos 16. de Pſeudo Apoſtolis dicitur per dulces ſermones, & benedictiones ſeducunt corda Innocẽtium, ideſt, vt ibidem Anſelmus inſidioſa, & blanda adulatione eorum peccata alleuant, & tamquam ſanctis benedicunt. [ponenles en la cabeça q̃ ſon vnos ſanctos) item ad Romanos 7. numer 11. Peccatum, occaſione accepta per mandatum ſeduxit me. Sequor expoſitionem Anſelmi, quia (inquit) etiam ſi quid homo fecerit ſecundũ iuſſa legis, ſi vult ſibi tribuere, & nõ Deo ſuperbiendo, plus peccat, [Poniaſeme en la cabeça que por mi guardaua la ley, y aſsi de la miſma ley guardada tomaua



maua ocaſion de peccado.) Ait ergo, Ioannes (el que dize no es peccador el ſe encaxa eſſo en la cabeça, y es vn bobo que ſe dexa engañar de ſi miſmo.)

Secundo ſeducere, non vtcumque decipere ſonat, ſed adulando blandè & alliciendo, ſic enim Anſelmus explicans loca citata ad Romanos 7. & 16. notauit, & Iob 31. num. 27. declinauit in occulto cor meum Septuaginta, ſeductum eſt cor meum, Heronymus vero lætatum eſt & ſunt qui legant lactatum eſt, & ſeductum, ait ergo Ioannes, (quien eſſo dize el miſmo ſe adula, y engañoſamente ſe engaña,) ergo cum hæc falſa perſuaſio oriatur tum ex ſuperbia qua ſe pluris æſtimat quã ſit, & ex amore, ſui qui pulchriorem repræſentat amicum, quui eſt quaſi fucus quidam ipſe amor, licet vt mendax ſpeculum pulchiorem reddens for



mam,

mam, meritò verbo illo vtitur Ioannes quod vtrumque ſignificat.

## NOTATIO THEOLOGICA

*PRimo errauit Pelagius in huius loci expoſitione, dicens Ioannem, non veritate, ſed humilitate loquutum, Eccleſia namque (inquit) tota pulchra eſt, & ſine matula, quæ huius loci expoſitio damnatur in Concilio Gartaginenſi canone 6. vbi hæc verba habentur (quiſquis ſic accipiẽdum putauerit dictum Apoſtoli ſi dixerimus &c. vt dicat propter humilitatem non oportere dici, nos non habere pecata, nõ quia id veritas ſit, anathema ſit, non enim inquit Apoſtolus, nos*



*extollimus & humilitas in nobis non eſt, ſed nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt.*

*Eàdem ratione non mihi placet expoſitio Turriani de dogmaticis Caractheribus lib. 2. foli. 99. qui ait ex hoc loco Ioãnis nõ inferri neminẽ peccato leui carere, ſed nullum id debere preſumere, cum iuſtus initio accuſator ſit ſui, & licet ſibi conſcius non ſit, ſed non in hoc iuſtificatus eſt, Iob enim 9. ſi iuſtis fuerit, hoc ipſum ignorat anima eius, doctrina igitur quam tradit licet pia ſit & Catholica, loci tamen expoſitio Pelagio fauet, & à ſuprá citato Concilio reicitur.*

*Errauit etiam Pelagius dicens Ioannem non propria, aut Iuſtorum*

perſona loqui, ſed peccatorum. Hæc enim expoſitio in 7. canone citati Cōcilij damnatur.

Secundo Errauit lutherus in huius loci expoſitione ex eo colligens concupiſcentiam eſſe peccatum contra quem circa hoc vide Bellarminum tomo 3. capite. 11

Et Valentiam 1. 2. quæſtione 12. diſputatione 6 puncto. 1. dato autem quod in præſenti, ſumeretur peccatum pro concupiſcentia, ſicut ſumitur ad Romanos 7. peccatum occaſione accepta, iuxta Anſelmi expoſitionem, & ad Romanos 6. nnmer. 12. non regnet ergo peccatum in veſtro mortali corpore, vt obediatis concupiſcentijs veſtris. Ecce peccatum vocat



concupiſcentiam, & capit. 7. numer. 17. iam non ego operor illud, ſed quod in habitat in me peccatum, ad huc non eſt verè & in rigore peccatum, tum quia voluntaria non eſt, & vitari nequit, tum quia contra legem Dei non eſt imò iuſtiſsima prouidentia relicta. dicitur autum peccatum, ſiué quia ex eo orta eſt, vt Scriptura dicitur manus: & ſermo dicitur lingua, vel quia ad illud ſtimulat. Idem Lutherus errauit hinc colligens nos omnes in quouis actu peccare, & ſatis imperitè loquutus eſt Caſianus collatione 23. exiſtimans peccatum eſse quod licet inuiti à contemplatione atrahamur, vniuerſorumque ſanctorum actus fuiſſe

 pec-

*peccata, peccaſſe Paulum cum manibus laborabat, & nunc peccare qui nunc oppreſſos defendunt, quoniam Deum non contemplantur.*

*Aliud eſt enim ſemper peccare, aliud peccattum habere, ideſt vnde à Deo veniam petamus, circa quæ videatur Heſſelius hic.*

*Reiecimus quæ ex hoc falſo colligunt hæretici, amplectamur quæ ex eodem Patres decerpunt.* Colligitur 1. *ex hac ſententia neminem* Iuſto*rum ſine peccato hic viuere, vt docuerunt Auguſtinus & Ciprianus ab eo citatus contra duas Epiſtolas Pelagianorum capit.* 10. *& lib. de natu & gratia cap.* 34. *de ſpiritu & litera cap. vltimo Fulgentius lib. de ſide ad* Pe-



*Petrum cap.* 41. *& Patres communiter in id Iacobi* 3. *in multis offendimus omnes, &* Iob. 25. *non eſt mundus neque infans, vnius diei vita ſuper teram.*

*Quæ veritas oritur ex doctrina cō muni Theologorum tradita à tridenno ſeſſione* 6. *cap.* 11. *& canone* 13. *neminem poſſe in tota vita peccata etiā venialia vitare, niſi ex ſpeciali Dei priuilegio quod & traditur in Africano citato, & ab Innocentio* 1. *Epiſtola ad Concilium Carthaginenſe, quæ eſt* 25. *Epiſtolarum* I*nnocentij, & à Cæleſtino* 1. *Epiſtola* 1. *ad Epiſcopos Galliæ, videatur Molina in cōcordia diſputatione* 16. *vbi id ex hoc loco* Ioan*nis cum alijs probat. Quomodo vero*

*ſit poſsibile, licet quia infalibiliter nõ fiet, & multa circa hoc vide Turrianum de dogmaticis Caractheribus lib. 2. citato; maneantque ex dictis reiecti Catharij, Phariſæi, Nouatiani & Pelagiani. Secundo colligitur veram eſſe iuſtitiam etiam leuibus rugis & maculis contra Iouinianum & Iamachium apud Hieronimum lib. 20. aduerſus Iouinianum & contra Pelagium apud Auguſtinum hæreſi 88. vide Bellarminum tomo 3. lib. 1. cap. 5. ex hoc loco eos impugnantem. Denique colligitur falsò aliquos dixiſſe peccata venialia non eſſe peccata quos refert, & ex hoc loco falſitatis arguit idem Bellarminus tomo 3. libro. 1. cap. 11.*

NO-



## NOTATIO MORALIS.

ADeò Ioannes in ſe non cognoſcentes inuehitur, quia nullũ maius malum eſt, ac ſua ſcelera non agnoſcere, huiuſmodi erat prouerbiorum 20. generatio illa 2. Iudæos ſignificans quam odit ſapiens. Generatio, inquit, quæ ſibi munda videatur, & tamen non eſt lota à ſordibus ſuis. Contra quos Oſeas cap. 6. iuxta verſionem Vatabli, eiuſque notationẽ inuehitur, reuertar ad locum meum ideſt in cælum me ſubducam, donec ſe in culpa eſſe agnoſcant & quærant faciem meam, ſic explicat Hieronymus id Oſeæ 7. Ephraim quaſi columba ſeducta non habens cor, [aues (inquit) cœteræ pullos ſuos cum periculo vitæ ſuæ protegere feſtinant &c. ſola columba ablatos pullos non dolet, non quærit, non ſentit, & ideò huic comparatur Ephraim, quod ſe vaſtatatam, nõ

 ſentiat,

ſentiat, ſed negligens ſit ſalutis ſuæ. Huiuſmodi gentem odit Dominus Apocalypſis 3. incipiam te euomere, quia dicis diues ſum, & nullius egeo, & neſcis quia tu es miſer, miſerabilis, cæcus, & claudus.

Secũdo Duo breuiter hic nota quod nemo te fallit, niſi tu, & neminem fallis, niſi te, non humana hominem in ſuperbiæ errorem inducunt, ſed à ſe ſolo falletur ſuperbus, dicente Hieremia cap. 49. num. 16 Ecce paruulum dedi te in gentibus, & contemptibilem inter homines, arrogantia tua decepit te, & ſuperbia cordis tui, qui habitas in cauernis petræ, & apprehendere niteris altitudinem cæli. (dize todo el mundo que eres Enano, y tu ſolo te dizes ſer Gigante.) Et Iſaiæ 47. num. 10 ſapientia tua & ſcientia tua ipſa ſeduxit te, & dixiſti in corde tuo ego ſum, & præter me non eſt



eſt alius. [ No otros, ſino tu miſma te engañaſte, tu te lo dixiſte, que no vuo otro que te lo dixeſſe.] Facit illud ad Galatas 6. ſiquis exiſtimat ſe aliquid eſſe cum nihil ſit ipſe ſe ſeducit.

Non idôla aut dæmones ſed ipſa hominis praua propenſio, vehemenſque nequitia ad Idololatriæ errorem induxit, dicẽte Oſſea cap. 4 populus meus in ligno interrogauit ſpiritus fornicationum decepit eos, ideſt vt Theophilactus & Theodoretus exponunt, ingens impetus animique ardor quo rapiuntur ad malum eos duxit, vt à ligno reſponſa petant, ſicut vehemens libidinis appetitus fallit miſerum, maiorem repræſentans voluptatem quæ ſit, (aunque el madero ſeco los deſengaña, ſu fuerte inclinacion los trae engañados.)

Quando fœlicitatem & ſecuritate ſperat homo ipſe ſe decipit, non res huma-

næ quæ ſua potius fluxa natura errorem tollunt Heremiæ 37. numer. 6. nolite decipere animas veſtras dicentes, euntes abibunt, & recedent à nobis Galdæi, & Heremiæ 42. num. 19. ſcientes ſcietis quia decepiſtis animas veſtras, 5. ab Ægypto ſperando auxilium, (no tienes de quien quexar te que tu miſmo te engañaſte.

Secundum vero ſcilicèt quod neminem ſeducat niſi ſe ipſum, patet, quia ſibi potiſsimum damnum infert, qui hypocriſi alios ſeducit, ſe potius ſeducit, dicente Iacobo cap. 1. eſtote factores verbi, & non auditores tantũ fallentes voſmet ipſos, deberet dicere fallentes alios hypocriſi, ſed ait fallentes vos met ipſos, ( porque mas ſe engaña, que engaña, pues aſsi ſe haze mas mal que a otro. Pues el proximo queda edificado, y el deſtruydo.

Præterea qui falſa docet potius ſe fallit quã alios dicente Paulo 1. ad Corinthios 3. num. 18. nemo ſe ipſum ſeducat, vbi monet ne quis aliud doceat, præter id quod docetur à Paulo, no engañes que te engañas, apud Hieremiam falſæ phrophetiæ quibus fallebatur populus ſeductiones cordis ipſius Prophetæ dicuntur.

Quod enim capit. 4. Hieremiæ ſeptuaginta dixere, electiones cordis ſui Prophetant vobis, nos legimus ſeductiones cordis ſui prophetant, & quod 23. num. 26. legerunt in corde prophetantium voluntates cordis ſui nos dicimus ſeductiones cordis ſui (mas ſe engañan que os engañan).

*Quod ſi confiteamur omnia peccata noſtra fidelis & iuſtus eſt Deus, vt remittat nobis peccata noſtra, & mundet nos ab omni iniquitate.*

EX.

## EXPLANATIO Literæ.

TRIA Examinentur breuiter, quorſum ſermo de confeſſione fiat? De quo confeſsionis genere agatur? quomodo remittere peccata opus ſit fidelitatis,& iuſtitiæ.

Circa primum Auguſtinus,& Oecumenius, Beda, & antiqui quos ſequuntur Gagneius,& Claudius, ſic connectunt, vt cum Ioannes ſuperbiam Phariſaicã eam dãnaſſet dicentium ſe peccato carere, nunc publicanam cõmẽdat humilitatem ſua peccata confitentiũ. Heſeliꝰ ex Auguſtino ne propter peccatorũ multitudinẽ deſperaremꝰ, mox aduerſus peccata ſeu grauia ſeu parua remediũ ſubijcit cõfeſsionis, & inſi-



nuatur à Cõcilio Africano citato.

Hæc omnia cum vera credam in ſuper addo in his explicari, quid ex parte noſtra ad iuſtificationẽ requiratur; cum enim ex parte Dei dixiſſet ſanguinẽ eſſe mundantẽ nos ab omni iniquitate, nunc docet ex parte noſtra requiri Sacramentalem confeſsionem, quia quod ignorat medicina non ſanat.

Circa ſecundũ cũ multiplex ſit huius nominis, confeſsionis, ſignificatio, certum eſt non agi de confeſsione Fidei apud Paulum ad Romanos 20. nnmero 10. Confeſsio oris fit ad ſalutem, neque de confeſsione laudis de qua Pſal. 117. Confitemini Domino quoniam bonus, quia eſt manifeſtè ſermo de cõfeſsione peccati, qnæ cũ triplex ſit, prima quæ Deo ſoli fit internè, de qua Lucæ 11. numer. 4.& Mathæi 4. num. 21. & Pſal. 31. Dixi confitebor aduerſum me iniuſtitiã meã Domino,& tu remiſiſti

ſiſti iniquitatem peccati mei. Secun-da,quæ coram fratribus nos humiliando efficitur, vt Matthæi 16 numero 16.& cap.18. numero 18. qua prima ad Corinthios 15,ſe blaſphemū,& perſequutorem Eccleſiæ cōfitetur Paulus, de qua etiam Prouerbiorum 18,num. 17.iuſtus in principio ſermonis dicitur accuſator ſui vide apud Auguſtinū tomo 8. in Pſalmū 62. hiſtoriā Magi quuius dam de ſuggeſto peccata pronuntiantis. Tertia,quæ Deo per hominem in pænitentiæ Sacramento fit de qua Ioannis 20.numer.23. & Matthæi 16.nu. 19.dubiū eſt de qua cōfeſsione peccati nunc agitur? Auguſtinus, Oecumenins,Heſelius Gagneius,& alij in communi de confeſsione intelligunt, & Salmeron de omni confeſsionis genere interpretatur, Caietanus de interna,& externa.

2. Dico tamen probabilius eſſe hic de



de confeſsione Sacramentali agi, ſic multis confirmat Turrianus de dogmaticis caractheribus lib.4. folio 183. & pro Epiſtolis decretalibus Pontificum lib.4.cap. 15. idemque contra hæreticos de interna ſolum confeſsione locum explicantes tenet Bellarminus tomo 2.lib.3. de pænitentiæ cap. 4.& alij.

Et prob.quia illa verba fidelis & iuſtus referenda ſunt ad promiſsionem aliquam & diuinam, id circô enim Deus iuſtus & fidelis dicitur quia promiſsis ſtat, at nulla videtur clara ſtare in Scriptura promiſsio de remittendis peccatis ſoli Deo confeſsis,vt clariſsima extat Ioannis 2. circa peccata ſacerdoti reuelata.

Circa tertium quid nomine iuſti, aut fidelis intelligatur, Cyprianus in oratione Dominica, Auguſtinus, Lyra, Gloſſa & communiter expoſitores

V hic

hic per fidelem intelligunt ſtantem promiſsis, & quia Ioannis 20. promiſit ſe remiſſurum peccata ab hominibus per confeſsionem remiſſa, ideo dicitur fidelis.

Vnus ſolum eſt Oecumenius qui dicit fidelem dici Græcè piſtos, non ſolũ illum, quui aliqnid concreditum eſt, ſed qui ex ſuo veraci more habet alios quoque huius fidelitatis participes efficere, & hoc modo dicit Oecumenius Deus dicitur fidelis in præſenti, quatenus homines reddit fideles, vt ſibi concredita à Deo bona fideliter conſeruent.

Non diſplicet Oecumenius precipue ſi addas iuxta hanc interpretationem iuſtum etiam actiuè poſſe ſumi, ideſt iuſtificantem, vt Paulus ad Romanos 3 ipſe ſit iuſtus & iuſtificans nos, Zachariæ 9 Rex tuus venit tibi iuſtus, ideſt, vt te iuſtificet per ſe ipſum.

Beda



Beda vero per iuſtum & rationi cõſonum ac decens, intelligit, vt dicimus iuſtum eſſe Deum miſereri miſericordibus, vt dixit Anſelmus cap. 9. & 10 proſologij. (iuſtum eſt, Deus vt parcas malis, vt facias bonos de malis, ſed & iuſtum eſt, vt malos punias) Heſelius nomen iuſti pro bono ſumit, vt cum dicitur 1. Esdræ 9. Domine Deus Iſraèl iuſtus es tu quoniam de relicti ſumus qui ſaluaremus à te Pſal. 35. in iuſtiria tua vindica me, & Pſal. 111. & 114. ſicut iuſtitia nomen generale eſt ad omnem virtutem, ſic iuſtum pro bono ſumi.

Communior tamen expoſitio iuſtitiam pro ea ſumit, qua quod debetur redditur, cum autem Deum ſua verba, & promiſſiones quaſi ligent iuſtus dicitur cùm fidelis, & vtrique nomini ſatisfacit cum

V 2 pec-

ẽam peccatorum remiſsionem efficiẽdo quam confitentibus promiſit. Ideo benè Claudius hic fidelem, & iuſtum idem ſignificare dixit.

His tamen addo, quod vel dicitur Deus fidelis, & iuſtus reſpectu Chriſti, cuius ſanguini debetur noſtrorum peccatorum remiſsio, vel reſpectu ipſius hominis qui confitenti eadem eſt promiſſa, & reſpectu vtriuſque dicitur in præſenti Deus fidelis, & iuſtus in condonandis peccatis confeſsis. Et ſi reſpectu hominis intelligatur cõcordat hic locus cum Ezechiele cap. 18. vbi oſtendere volens Dominus ſe æquum eſſe, & vias eius iuſtas, numquid via mea non eſt æqua? & non magis viæ veſtræ prauæ? cum enim auerterit ſe impius ab impietate ſua, & fecerit iudicium & iuſtitiam ipſe animam ſuam viuificabit, Ecce æquus dicitur cum condonat, & cap. 13 numero 11. Viuo ego dicit



cit Dominus, nolo mortem impij ſed vt conuertatur, ecce ius iurandum quod impleri ad fidelitatem pertinet.

Si vero reſpectu Chriſti dicatur Deus fidelis & iuſtus iuxta Pſalmum 88. in æternum ſeruauo illi miſericordiam meam, & teſtamentum meum fidele ipſi iuſtus eſt Deus qui noluit ſanguinẽ filij ſui fruſtrari, nec iuſtus eſſet ſi per filium peccata confeſſa non condonaret. Quemadmodum Paulus ad Romanos 4. & ad Galat. 3. dixit fidelitatem Dei Chriſto ſemini Abrahæ promittẽtis hæreditatem fore irritam & exinanitam; ſi nemo ad hæreditatem Chriſti veniret, niſi qui per legem rectè viueret, eo quod per legem nemo rectè viuere poſſet, ſic ſi confitentibus non remitterentur peccata, fidelitas eſſet exinanita qua promiſſum eſt Chriſto per eum tollenda eſſe peccata, ſiquidem nullo alio modo auferuntur peccata ſi de-

delium. Item ſicut ibidem docet Apoſtolus ſi per legem eſſet iuſtitia iniuſtè Chriſtum mortuum eſſe, quia fruſtra, ſic gratis Chriſtus mortuus fuiſſet ſi peccata confitentibus nollet Deus ignoſcere, nemo enim ferè per Chriſtum ſaluaretur quarè & iniuſtè mandatum ei eſſet vt pro humano genere moreretur, & vterque reſpectus fidelitatis, & iuſtitiæ in condonandis peccatis indicatur à Ioanne, non enim contentus dixiſſe, remittet peccata noſtra, ſubdit, & emundet ab omni iniquitati quod debetur ſanguini Chriſti puriſſimo.

## NOTATIO POSITIVA.

Notandum 1. circa illud fidelis Grœcè eſſe piſtos a verbo piſto. ideſt fidem accipio & do ob mutuam fidem datam, quod optimè confeſsioni quadrat, vbi Deus fidem ſe amplius





plius non recordaturum peccata illa, præſtat; & homo item in eadem non relapſurum.

Nota 2. circa illud iuſtus, Græcè eſſe dieheos quod aliquando virtutem cõplectitur omnem ex Ariſtole in ethicis, & ſic ſaluatur expoſitio huius loci ſuprà tradita ab Heſſelio, aliquando ſumitur pro vero apud Sophoclẽ quod imitat⁹ eſt Cicero in Saluſtiũ, & ſic ſaluatur expoſitio ſuprà tradita à Claudio. Significat etiam dignum laude apud Ariſtophanem & ſic legi poteſt. Fidelis & laude dignus, laudem enim maximam per peccatorum confeſsionem conferri conſtat Ioſue 7. confitere & da gloriam Deo. vide Pradum in caput 12. Ezechielis num. 16. eſt etiam Iudex qui iuſtè abſoluit, inde enim eſt Dioterion ideſt locus iudicij, & forum, & Dicao quod ſignificat iuſtifico. Eodem enim verbo vtitur Paulus cum ait de-

ſendite viduas ideſt iuſtificate, quod mirè confeſsioni quadrat, vbi Deus iudex iuſtiſsime reum iuſtificat in iudicio.

Tertio circa illud remitto Græcè eſt Aphiemi quod inter alia ſignificat precipitem dare, vnde Deus merito dicetur confeſſa peccata precipitare in profundum mare rubrum ſanguinis Chriſti hoc enim verbo vtitur Plutarchus in Publicola ſeſe in fluuium proijciens, & ſic huic accomodari poteſt id Michææ 7. num. 19. deponet iniquitates noſtras, & proijciet in profundum maris omnia peccata noſtra. & id Iſaiæ 25. vbi cum de Eccleſia & Sacramento Euchariſtiæ egiſſet precipitauit in monte iſto faciem vinculi colligati ſuper omnes populos, ideſt morte ſua peccata noſtra quibus tanquã vinculis conſtringimur remittet, laxabit, in confeſsione præcipitabit. Eodem



dem verbo ſignificatur manumiſsio quæ fiebat ſeruo apud Eſchinem, quia per confeſsionem exitur à ſeruitute diaboli.

Quarto circa id emundo Græcè eſt Cazarizo. ideſt emundo ab hoc verbo Iuppiter dicebatur Cazarzios, ideſt emũdator apud Nazianzenum in orationibus.

## NOTATIO THEOLOGICA

*Quomodo ex hoc loco probabiliter colligatur veritas confeſsionis Sacramentalis, & Caluini ſolutio rijciatur, vide Bellarminum tomo 3. lib. 3. pænitentia capi 4. loco 4.*

*Quomodo ex hoc loco poſsit colligi hominem iuſtificatum ſatisfacere de* con-

*condigno pro venialibus vede Suarez 3 parte tomo 1. diſputatione 4. ſect. 1.*

*Quomodò etiam ex hoc loco colligatur confeſsionē debere eſſe de peccatis in ſpecie & numero. Tantumque eſſe obligationem confitendi peccata grauia; & remitti ea quorum homo obliuiſcitur videatur apud Turrianum pro canonibus Apoſtolorum & Epiſtolis decretalibus lib. 4. cap. 13. Quomodò etiam ex hoc loco colligatur ordo quem habet pænitentia cum baptiſmo, & hæc 2. mundatio ad 1. de qua ſuprà dixerat* Ioannes *videatur latiſsimè apud eundem Turrianum hunc locum verſantem vbi ſuprà & de dogmaticis caractheribus lib. 4. vbi ex hac etiam loco colligit cū Nilo ſolum confeſsionem debitam peti, flagella autem & alia opera pænitentiæ non eſſe de neceſsitate niſi cum in pænitentiam iniunguntur.*



## NOTATIO MORALIS.

CVm Auguſtinus circa hunc locū ſententiam illam celleberrimam de confeſsione protulerit [non vis vt Deus te damnet, tu te damna, vis vt ignoſcat, te agnoſce, vt poſsis dicere auerte faciem tuam à peccatis meis; dic tu prius, iniquitatem meam ego cognoſco, & peccatum meum contra me eſt.] Aliquid de confeſsione breuiter dicatur. In primis peccata confitentibus deberi veniam, ipſi Ethnici cognouerunt. Cum Athenienſes teſte Alexandro lib. 3. cap. 5. ſontes ſi culpam ingenuè, & pænam quam merebantur con-

confeſsi fuiſſent, impunitate donabāt. Quid ergo mirum ſi tantum apud Deū ea humilitas valeat, vt teſte Marulo li. 4 cap. 11. eo fine Adamus à Deo, quid feciſſet, rogatur, vt confitendo peccatum veniam mereretur, imo dicente Auguſtino ſermone de anunciatione qui eſt 19 de ſanctis, ſi Adam ſe humiliter accuſaſſet à Paradyſo non exularet. Et in quæſtionibus Athanaſij Epiſcopi Niſſeni aſertur teſtimonium Iſidori Peluſiotæ dicentis peccauit Caim, peccauit Lamech. Ille punitur, hic abſoluitur, quare? quia ille cū argueretur negauit, hic etiam non rogatus cōfitetur. Inſignis eſt locus apud Iob 31. num. 33. ſi abſcondi quaſi homo peccatum meum, & celaui in ſinu meo iniquitatem meam, ſi ex paui ad multitudinem nimiam, non enim verebar multitudinem vulgi vt confiterer coram hominibus, Olympiodorus pæni-



pænitentia & confeſsione culpam expiabat nihil veritus coram hominibus confiteri, item poſteà cap. 33. nu. 23. cum Heliu accuſaret Iob quod ſe iuſtum diceret ſi ſint (inquit Iob iuxta Septuaginta) mille angeli mortiferi vnus ex eis non vulnerabit eum, ſi cogitauerit ex animo redire ad Dominum, confiterique homini ſuam culpam, & ſi peccatum ſuum oſtendat, vel vt habet alia, renunciet homini ſuam accuſationem, & iniquitatem eius oſtendat, reſiſtet vt non cadat in mortem, ideſt [como declara Olympiodoro, ſi el miſmo Demonio conoſciendo ſu peccado lo confeſſaſe deuidamente, detendria Dios ſu caſtigo.] Circa hæc vide Turrianum lib. 4. de dogmaticis Caracthoribus folio, 183.

*Si dixerimus quoniam non peccauimus, mendacem facimus eum, & verbum eius non eſt in nobis.*

## EXPLANATIO

### Literæ.

DIXERAT Suprà mendacem eſſe qui ſe peccato carere dicit, non addit Deum etiam mẽdacem facere qui ſe peccatum non habuiſſe dicit, & verbũ Dei à ſe reijcere. Quod vt declaretur dubitabis, quomodo Deus mẽdax fiat, talia dicente homine, & quod ſit illud verbũ, quo talia dicens, priuatur. Non placet Oecumenius hæc referens ad Chriſtum dicentem Iudæos peccaſſe, crucifigentes Chriſtum, Pſalmo 37. reddiderunt mihi mala pro bonis atq; ita Iudæos ſe gloriantes Chriſtum mẽdacem facere, nõ inquam placet, quia non cum Iudæis, ſed gẽtibus loquitur, neque illud peccatum fuit adeô generale,



vt hæc propoſitio ſonare videtur. Plus placet Claudius, Caietanus, & Heſelius, qui id referunt ad id Pſal. 115. vbi dicitur omnis homo mendax & ad Romanos 3. omnes peccauerunt, & egẽt gloria Dei, quod verbum negam⁹ & Deum ſcripturans authorem mentiri dicimus, cũ dicimus quia nõ peccauimus, placét inquã, quia idẽ Ioãnes infrà c. 5. qui nõ credit (inquit) filio mendacem facit eum, quia non credit teſtimoniũ quo teſtificatus eſt de filio ſuo; iam ergo mendax fit ille, quuius teſtimonium non recipitur.

Mihi tamen videtur quod quemadmodum in Scriptura mendax dicitur id quod futile ac vanum eſt, ac ſine fructu, cum multùm anteà promiſiſſet, vt Hieremiæ 3. mendaces dicuntur co les quia non tutum refugiũ quod promitterẽ videbantur præſtiterunt & cap. 51. nu. 17. mendax dicitur con-

conflatio Idolorum quia dum ea fabricabant homines illa conflatio multa illis in premium promittebat, & Pſalm. 61. numero 10. Mendaces filij hominum in ſtateris, vt decipiant de vanitate in id ipſum, velut eſt Hebraicè mendacium filij viri ſi aſcendant, vel vt in quincuplici Pſalterio mendacium filij viri quando ducunt vxores, & ſtatēra ponderantur facta eorum, verumtamen eſſa eorum in nihilum redigētur ſimul, ideſt (Quanto mas peſo, y grauedad prometen los hōbres graues, quando para caſarſe ſe peſan ſus calidades, ſe halla peſar mas que ellas la miſma vanidad.)

Et ideô dicuntur mendaces ergo ſi mendax dicitur qui multum promittens parùm complet, Deus qui per filium promiſit vniuerſum mundum fore ſaluandum, cunctoſque homines eripiendos à ſeruitute peccati, ſi multi eſſent



eſſent liberi à peccato, & qui non peccauerint, ergo mendax eſt qui iactauerit omnium gentium reſtauratorem, & à peccatis redemptorē Et dicitur Dei verbum ſcilicet Chriſtum non habitare in dicente ſe non peccaſſe, quia Ioānis 5. Omnis qui credit in me tranſit de morte in vitam, ergo, iſti ſe nō mortuos fuiſſe dicentes, neque tranſeunte de morte ad vitam, neque habent Chriſtum in ſe.

## NOTATIO POSITIVA

DVbitabis cur de præterito dicit Ioannis, quoniam nō peccauimus cum ſuprà dixerit de præſenti, quoniam peccatum non habemus. Reſponde, familiare eſſe Ioāni peccare, & peccatum facere pro re graui, & peccato damnante ſumere, peccatum vero habere vel in peccato

 eſſe,

eſſe, pro quouis peccato etiam leui vel ſurpari, vt in præſenti bene notauit Heſelius. Vnde Ioannis 8. qui facit peccatum ſeruus eſt peccati. Et infrà cap. 3. qui in Deo manet non peccat, & qui facit peccatum ex diabolo eſt. Sicut 2. Petri 1. Hæc facientes non peccabitis aliquando quæ de grauibus intelligenda ſunt. Vnde cum de leuibus dixiſſet Ioannes ſi dixerimus quod peccatum non habemus, quia nullus eſt neque Apoſtolus à peccato leui immunis, loquitur de præſenti, quia vero de præterito nullus eſt qui peccatum graue non hucrit vel Originale, vel mortale, dicit de præterito quoniam non peccauimus, &c.

## NOTATIO THEOLOGICA

*PRo hac ductum eſt ſupra circa id ſi dixerimus quoniam peccatum non habemus, &c. Solum ago hic confirmari doctrinam Auguſtini Epiſtola 90. 62. & 94. Dicentis errore illum quo quis numquã impius fuiſſe creditur minutat myſterium redemptionis Chriſtianamque religionem extenuare, ſi enim morbum diminuis, vim imminuis medicinæ.*

## NOTATIO MORALIS.

CIrca id quoniam non peccauimus &c. Nota miſeram eorum conditionem qui in peccatis iacuiſſe non agnoſcunt. Qui Prouerbiorum 30. adulteræ comparantur quæ adulterium abſcondit, ei ſimilis quæ tergit os ſuum dicens non ſum operata malum. De ijs certè dici poteſt Icterico morbo laborare iuxta id Leuitici 56.

Viſitabo vos in egeſtate & ardore qui cõficiat oculos veſtros. Septuaginta vt refert Eugubinus ibidem morbo Icterico qui enim hoc morbo labrant cum pallidi incedant, ipſique nil minus ſentiant, omnes volunt mendaces facere, ſe valere dicentes, quia videntur, & non vident. (quieren hazer a todo el mundo mentiroſo, porque no veen ſu enfermedad.





## CAPUT II.

FILIOLI mei, hæc 1
ſcribo vobis, vt nõ A
peccatis. Sed, & ſi-
quis peccauerit, ad
uocatum habemus
apud Patrem Ieſum Chriſtum
iuſtum:* & ipſe eſt propitiatio 2
pro peccatis noſtris: non pro
noſtris autem tantùm ſed etiã
pro totius mundi. * Et in hoc
ſcimus, quoniam cognouimus 3
eum, ſi mandata eius obſerue-
mus.*Qui dicit ſe noſſe Deum, 4
& mandata eius non cuſtodit,
mẽdax eſt, & in hoc veritas nõ
eſt. * Qui autem ſeruant ver- 5

bum eius, verè in hoc charitas
6 Dei perfecta eſt: & in hoc ſci-
mus, quoniam in ipſo ſumus.*
Qui dicit ſe in ipſo manere, de
bet, ſicut ille ambulauit, & ipſe
ambulare.* Chariſsimi nõ mã
7 datũ nouum ſcribo vobis, ſed
B mandatum vetus, quod habui-
ſtis ab initio: mandatum vetus
eſt verbum quod audiſtis. * Ite
8 rum mandatum nouum ſcribo
vobis quod verum eſt, & in ip-
ſo & in vobis: quia tenebræ trã
ſierunt, & verum lumen iam lu
cet. * Qui dicit ſe in luce eſſe, &
fratrem ſuum odit, in tenebris
10 eſt vſque adhuc * Qui diligit
fratrẽ ſuum in lumine manet,





& ſcandalũ in eo non eſt.* Qui
autem odit fratrem ſuum in te 11
nebris eſt, & in tenebris ambu
lat, & neſcit quò eat: quiâ tene-
bræ obcæcauerũt oculos eius.
*Scribo vobis filioli, quoniam 12
remittũtur vobis peccata prop
ter nomen eius.* Scribo vobis
patres, quoniam cognouiſtis e
um qui ab initio eſt; ſcribo vo- 13
bis adoleſcentes, quoniam vici
ſtis malignum.* Scribo vobis,
infantes, quoniam cognouiſtis
patrem. Scribo vobis iuuenes, 14
quoniam fortes eſtis, & verbũ
Dei manet in vobis, & viciſtis
malignum. * Nolite diligere
mundum, neque ea quæ in mũ 15

C do ſunt. Siquis diligit mũdum
non eſt charitas Patris in eo. *
16 Quoniã omne quod eſt in mũ
do concupiſcentia carnis eſt,&
concupiſcentia oculorum, &
ſuperbia vitæ; quæ non eſt ex
17 Patre, ſed ex mũdo eſt.* Et mũ-
dus tranſit & concupiſcentia e-
ius. Qui autem facit voluntatẽ
18 Dei, manet in æternum.* Filio
li, nouiſsima hora eſt, & ſicut
audiſtis quia Antichriſtus ve-
nit: & nunc Antichriſti multi
facti ſunt; vnde ſcimus quia no
19 uiſsima hora eſt.* Ex nobis pro
dierunt, ſed non erãt ex nobis:
nam ſi fuiſſent ex nobis permã
ſiſſent vtique nobiſcum: ſed vt
ma-



manifeſti ſint quoniã non ſunt
omnes ex nobis.* Sed vos vn- 20
ctionem habetis à Sãcto, & no
ſtis omnia.* Non ſcripſi vobis 21
quaſi ignorantibus veritatem,
ſed quaſi ſciẽtibus eam, & quo
niam omne mendacium ex ve-
ritate non eſt.* Quis eſt men- 22
dax niſi is qui negat quoniam D
Ieſus eſt Chriſtus? hic eſt Anti-
chriſtus qui negat Patrem & Fi
lium.* Omnis qui negat Filiũ 23
neque Patrem habet, qui confi
tetur Filium, & Patrem habet.
* Vos, quod audiſtis ab initio, 24
in vobis permaneat, ſi in vobis
permanſerit quod audiſtis ab
initio, vos in Filio, & Patre ma

 nebi-

nebitis. * Et hæc eſt repromiſ-
ſio quam ipſe pollicitus eſt no
25 bis, vitã æternam. * Hæc ſcripſi
vobis de his qui ſeducunt vos.
* Et vos vnctionem quam acce
26 piſtis ab eo maneat in vobis, &
non neceſſe habetis, vt aliquis
doceat vos, ſed ſicut vnctio e-
ius docet vos de omnibus & ve
rum eſt, & non eſt mendacium,
& ſicut docuit vos manete in
eo. * Et nunc filioli manete in
27 eo: vt cũ apparuerit habeamus
fiduciam & non confundamur
ab eo in aduentu eius. * Si ſci-
28 tis quoniam iuſtus eſt, ſcitote
29 quoniam, & omnis qui facit iu
ſtitiam ex ipſo natus eſt.

Argu-



*Argumentum Capitis.*

*CUm Ioannes hucuſque egerit de prima hominis iuſtificatione quæ fit virtute ſanguinis Chriſti per baptiſmum, & confeſſionem quæ duo Sacramenta ad primã gratiam conferendam ſunt inſtituta; progreditur Ioannes vlterius, & de gratiæ iam adquiſitæ conſeruatione agit, ad perſeuerantiam in fide & charitatẽ hortando. Huc ſpectat verbum manendi toties in hoc cap. repetitum in ipſo manere, in lumine manere, in Chriſto Ieſu manere, à primo enim verbo hæc ſcribo filioli vt non peccetis, vſq; ad vltimũ, & nunc filioli manete in eo, omnia ſonant perſeuerantiam.*

*Diui-*

*Diuiditur totum caput in tres partes, in 1. agitur de ſignis quibus tum fides, & charitas, tum in vtraque perſeuerantia dignoſcitur ſcilicèt operibus & obſeruatione mandatorum præcipue dilectionis proximi; illamque colligit tanquam fidei & charitatis in Deum certiſſimum argumentum.*

*In ſecunda agit de perſeuerantia in charitate, ad quam vnicum remedium adhibet ſæculi fugam, de mundi vitijs & vanitate copioſé tractans in 3. ad perſeuerantiam in fide hortatur ideòque ab hæreticis quos Antichriſtus vocat, & ab hæreſibus quas mendacia appellat caueri ſeriò monet.*

Filioli mei hæc ſcribo vobis vt non peccetis.

*EX.*



## *EXPLANATIO Literæ.*

IN Expoſitione difficultas nõ eſt, ſi prius ſtatuatur, an illud hæc, ad dicta ſuprà, an ad infrá dicenda referatur, & quidam ſunt qui hæc cum precedentibus cõnectant 1. Auguſtinus ne fortè inquit impunitatem videretur dediſſe peccatis, quia dixerat fidelis eſt & iuſtus quia mundat nos ab omni iniquitate, & dicerét iam ſibi homines, peccemus, ſecuri faciamus quod volumus, mundabit nos Chriſtꝰ ab omni ini-

qui-

quitate, tollit tibi malá ſecuritatē, & inſerit vtilē timorē dicēs hæc ſcribo vt nō peccetis. Hoc ſequitur Heſeli⁹, Claudi⁹, & Gloſa. Caietan⁹ ideò hæc dicta fuiſſe teſtatur, ne quis putaret inculpabile eſſe noſtrū peccatū tā quā ineuitabile, quāuis enì peccaſſe cōmune ſit ōnib⁹, euitabile tamē eſt in futurū. Catherin⁹ aliter, ſi nō vos cōfiteamini peccatores abſq; dubio vt ĩgrati ac ſuperbi trademini tētationib⁹, idcircoq; ſcripſi vobis hæc, ſcilicet, vt cōfiteamini vos peccatores, vt nō peccetis, tū vitio ingratitudinis, tum aliorū in quæ vos labi permittet Deus ob ſuperbiā qua vos iuſtos iactatis,



& cōcordat interlinealis quæ addit, vt nō peccetis dicēdo nō peccauim⁹. Alij tamē nō hæc vt dictorū finē, ſed vt initiū dicēdorū ſumunt. 1. Beda cū ad virtutē conſequendā neceſſária ſit deſperatio ſui, & ſpes in Deū, cum ad primū excitaſſet Ioannes dicēs neminē peccato carere, ad ſecūdum hortatur, vt bono animo ſimus ad nō peccandū. Oecumenius exiſtimat his verbis inſtabilitatē noſtrā, & procliuitatē ad peccandū roborari, nā licet eos iā cōfeſsione mūdaſſet, oportebat ſuadere ne ĩ peccatū relaberētur cautè viuētes. Quæ expoſitio præ alijs placet,

cet, & idē ſenſiſſe exiſtimo Au guſtinū hic dū ait fidelis eſt, & iuſtꝰ vt dimittat delicta noſtra, ſi ſemper tibi diſpliceas, & mu teris donec perficiaris, ideò ſe- quitur filioli mei hæc ſcribo vt nō peccetis. Ecce ait Auguſtin. ideò hæc verbo dici, vt perſeue remus in noſtri diſplicentia, & in virtuta creſcamus. His omni bus addo hæc verba mihi vide ri per præoccupationē dicta ob ea quæ immediatè ſequūtur, & ſiquis peccauerit aduocatū ha- bemus apud Patrè. Pro quo no ta Apoſtolorū tēpore aliquos fuiſſe Gētiles qui dicebāt à no ſtris doctrinā quandā tradi de pec-



peccatorum remiſsione quo li beriùs homines peccarēt, dice- bant ideò Chriſtum doceri, eſſe liberatorem hominum à pecca tis, vt homines ſecurius, & au- dacius malè agerent, vnde Pau lus ad Romanos 6. Peccauimus quoniam non ſumus ſub lege; ſed ſub gratia? & manebimus in peccatis vt gratia abundet? & cap. 5. ad Galath. Vos in liber tatem vocati eſtis fratres tan- tùm ne libertatem detis car- ni ad quos Petrus alludit epiſ- tola 1. cap. 2. quaſi liberi, & nō quaſi velamen habentes mali- tiæ libertatē, ſed ſicut ſerui Dei vide de hac calūnia Auguſt. lib.

 Quin-

Quinquaginta homiliarũ & l. de fide,& operibus, quem errorem excitarunt Gnoſtici,& Valentini. Núc ergo Ioãnes medicinam adhibet, ne ex dictis de ſanguine Chriſti emundante & dicendis de Chriſto aduocato apud Patrem ſumerent fideles occaſionem errandi. Hæc quæ dicam,nõ dico vt peccetis, ſed potius,vt inde occaſionem ſumatis non peccandi neq; offendendi Deũ adeò miſericordẽ. Dicere poſſem etiã,ideò dicere Ioannẽ hæc ſcribere, vt nõ peccem⁹, quia in ſequẽtibus declarat in quo ſit & peccatũ in quo iuſtitia cõſiſtat, vt q̃madmodũ Chri-



Chriſtus dicitur veniſſe Ioãnis 16.n.8.vt arguat mũdũ de peccato,de iuſtitia ac de iudicio, vbi arguo, vt bene Maldonatus ibi, eſt demonſtrare,& claré docere quid ſit peccatum ac iuſtitia & iudiciũ, vt illud fugiatur, iſta amplectatur,vt in iudicio quod ſuũ eſt cuiq; tribuatur,ſic Ioãn. in præſenti declarat in quo ſit peccatũ in quo iuſtitia perfecta, vt cum apparuerit habeam⁹ fiduciam,& non confundamur ab eo in aduentu eius.

## NOTATIO POSITIVA.

Circa vocem illam, Filioli, notandum in nouo teſtamento ob duo hoc diminutiuum vſurpari, pri-

 mum

mum ad oſtendendam non quamcumque ſed maternam pietatem dicentis, vt Theophilactus in id ad Galath. 4. num. 19. Filioli mei quos iterum parturio, matrem (inquit) imitatur puerorum ſuorum more trepidantem, cumque antiqui Prophetæ nunquam eos quibus cōcionabantur filios ſuos apellauerint, Ioannes in hac ſola epiſtola ſæpiſsimè filiolos non filios appellat, ijs eſt exceſſus amoris in Euangelicis Patribus ſupra antiquorum Prophetarum amorem.

Secundum ad indicandum teneros & nondum perfectos eorum animos quibuſcum ſermo eſt, neque enim adoleſcens à matre dicitur filiolus, ſic notauit D. Thomas circa id Ioannis 13. numero 33. Filioli adhuc modicum vobiſcum ſum, eos [inquit] (D. Thomas) filiolos appellat, quia adhuc erant filij paruuli non firmati, non perfecti



fecti virtute ex alto Quui conſonat id Marci 10. numero 24. cū enim diſcipuli inſtar paruuli obſtupeſcierent ob adoleſcentem illum qui noluit relictibus omnibus ſequi Ieſum, filioli [inquit] quam difficile eſt confidentes in pecunijs in regnum Dei introire.

Vnde Chriſtus nunquam in Euangelio Apoſtolos vocauit filios, ſed filiolos, quia nondum in virtute adoleuerant: Ioannes ergo tum ad oſtendendū maternum animum, tum quia de ijs nūc agit, qui nuper mundati ſunt ſanguine Chriſti in baptiſmo, filiolos vocat, poſteà vero Epiſtola 3. numero 4. de robuſtioribus Chriſtianis agens, audio (inquit) filios meos in veritate ambulare.

## NOTATIO THEOLOGICA

*Quod in hac notatione erat notandū notatum eſt in explanatione litera.*

No.

## NOTATIO MORALIS.

CVm Ioannes iterum hortetur ſecundum interlinealem ad cõfeſſionem peccatorum, ne tacẽtes iterũ peccent, venit mihi in mentẽ mos ille Lacorũ apud Plutarchum, ſi quis enim in peccato fuiſſet deprehẽſus, nullo alio vtebatur ſacrificio, ſed cogebatur aram quandam quæ erat in vrbe circumire, ac vituperationem in ſe ipſum compoſitam canere, quod nil aliud erat, quam ſe ipſum obiurgare, propriumque delictum fateri, quibus adiungi poterit id Pſalmi 26. numero 12. circuiui & immolaui in tabernaculo eius hoſtiam vociferationis. Cantabo, & Pſalmũ dicã Domino Diciturq; abſolutè peccatũ non ſe in peccato eſſe cõfiteri, nec de ipſo peccato dolere iuxta id ad Eph. 4. qui deſperãtes tradiderũt in impudicitiã, vbi Hieronymus



mus ex Græco legẽdũ eſſe ait indolẽtes, nec ſuam ruinã, & peccatũ ſentientes, qui meritò dicuntur deſperati cũ paſſione cæcuti damnũ ſuũ nõ intueãtur.

Secundo ſi ſequaris Auguſt. perpende qauntũ qui ſemel mundatus eſt ſollicitus eſſe debet ne in peccata relabatur, vnde Paulus nõ ſemel ad eã in gratia perſeuerantiã hortatur, tũ ad Galathas 3. cũ enim dixiſſet currebatis bene, &c. ſubdit ò inſenſati Galathæ quis vos faſcinauit? (Quien os ha aojado? q̃ eſtãdo ya medrados aueis perdido vueſtrò luſtre, y hermoſura) iuxta illud.

Neſcio qui teneros oculus mihi faſcinat agnos? tũ ad Ephe. 4. nolite cõtriſtari Spiritũ Sanctum in quo ſignati eſtis in die redẽptionis hortabatur Paulus Epheſios, ne adquiſitam gratiam amitterent. Dixerat enim hoc autem dico & conteſtor vos in Domino vt non amplius ambuletis vt gẽtes aitq; ſpiritũ San-

ſanctum contriſtari, noſtro intelligēdi modo, cū gratia qua nos in Dei filios ſignauit amittitur, vide ibi Hieron. afferētē id Ezechiel 20. in omnibꝰ iſtis cōtriſtabas me. Vltimò perpēde illa verba Auguſt. hic (ille eſt ergo aduocatus, da tu operā ne pecces, cū enim impius diceret peccemus, nā aduocatū habemꝰ, iuſtꝰ ex eodē ātecedēti cōtrariā infert cōſequētiā, aduocatū habemꝰ, nō ergo peccemus, quui cōſonat id ad Rom. 5. iuſtificati ergo per fidē pacē habeamꝰ. Perpēde illud, ergo (dixera el malo, pues vna vez me perdonô, pequemos q̄ otra lo harà.) at iuſtus, (pues vna vez me perdonô, nunca mas dalle enojo, ni otra vez pleitos con Dios.)

*Siquis peccauerit aduocatum habemus apud Patrem Ieſum Chriſtum iuſtum, & ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris non pro noſtris tamen, ſed etiam pro totius mundi.*

EX-



## *EXPLANATIO LITTERÆ.*

AD perfectam literæ explanationem tria deſideras breuiter declarari. primò, quorſum ſermo de Chriſto aduocato apud Patrē fiat? ſecundò, quomodo Chriſtus ſit apud Patrem aduocatus? tertiò, cur dicitur iuſtus aduocatus, non potius clemens ac beneuolus?

Circa primum, Oecumenius exiſtimat id dici aduerſus Iudæos, qui putabant ſe ſolùm remiſsionem peccatorum habere, doceriq; gentes, & vniuerſum orbem aduocatum habere apud Patrem. Auguſtinus ſic connectit. Poſſet aliquis dicere, quid hæc confeſsio prodeſt? Huic obſtat ſe aduocatum habere apud Patrem, quaſi remiſsionis opus non rei confitentis ſed Chriſti aduocati ſit, ſecurus (inquit) ad iudicem venies, habes aduocatum, noli timere, ſi enim in hac vita aliquando cōmittit ſe homo difertæ linguæ, & non perit; committis te Deo, & periturus es? Eodē ferè modo reliqui expoſitores hunc locum explicant, quibus ego addo, ideò

A Ioan-

Ioannem agere de Chriſtu aduocato, qui cum primùm egiſſet de peccatis infidelitatis, quæ Chriſti ſanguine in baptiſmo mundātur, poſteà de peccatis fideliū, quæ eodē ſanguine in confeſsione mūdantur iterùmq; dixiſſet eſſe alia peccata, ſcilicet relapſorum poſt pœnitentiam, ne animo caderent agit, de aduocato omnium Chriſto quia ideò ſemper interpellat advocatus, qui ſemper ſunt pro quibus interpellet peccatores. Qua ratione ad Romanos 8. cum erga hominū infinitam miſeriam, infinitam Dei miſericordiam oſtenderet, qui eſt (inquit) ad dexteram Dei, qui etiā interpellat pro nobis.

Circa ſecundū quomodo advocati munus exerceat, ſciendum, Patres circa hoc variè ſentire, Chryſoſtomus n. in caput 8. ad Romanos & Rupertus de divinis officijs lib. 9. cap. 3. negant Catholicum eſſe qui Chriſtum inuocat, vt Patrem roget, idē alij quos refert Pater Henriquez 1. tomo de Miſſa libr. 11. caput 12. numer. 4. Liter. R.

Propterea Nazianzenus oratione 4. de Theo-



Theologia dixit in preſenti loco Ioannis Chriſtū dici Paracletū pro excitatore hominū iuxta vim vocis quæ infrà perpēdetur è contra vero D. Thomas 3. p. q. 57. art. 7. Theophilactus in id ad Hebræos 8. ad interpellandum pro nobis, Theodoretus in caput 8. ad Romanos & alij quos vide in Patre Valentia de Chriſto mediatore p. 2. c. 4. cenſent Chriſtum in Cœlo pro nobis orare & hac ratione eſſe advocatum, & Propterea Auguſtinus Epiſtola 59. ad Paulinum, numquid (inquit) interpellat Chriſtus cum non poſtulat? imo quia poſtulat, ideò interpellat, id circo enim dicitur apud Ioannem advocatum habemus apud Patrem.

Hæc ſic concilientur Chriſtum nō ita nunc orare in Cœlo, vt anxius ſit, neq; ſic interpellare, vt in eo laboret, qua ratione meritò reijcitur Origenes qui homilia 7. in Leuiticum Chriſtum induxit anxiū & ſollicitum aduocatum apud Patrē, vt bene Adamus in caput 8. ad Romanos notauit, & ſic explicentur Patres negantes Chriſtum in Cœlo orare, vt conſtat ex Nazianzeno citato habemus inquit Ieſum

A 2 Para-

Paracletum, non qui ſupplicantium ſeruorũ more ante Patris pedes pronus volvatur, eiuſq; genibus accidat; apage hanc ſervilẽ cogitationẽ, neq; enim hoc depoſcere Patris eſt, neq; filij in ſe admittere.

Patres autem qui Chriſtum in Cœlo orare dicunt, vnus bene explicat Chryſoſtomus vbi ſuprà qui per interpellationẽ intelligit fauorem ac vigorem dilectionis Chriſti erga nos, & Rupertus qui per victimam quæ ſemper illi perſens eſt interprecatur.

Circa tertium cur Chriſtus dicitur advocatus iuſtus Beda? Gloſſa, & Gagneius, quia iuſtus iniuſtas nõ ſuſcipit cauſas, ſed tunc iuſtus nos defendet in iudicio ſi nũc nos cognoſcimus & accuſamus iniuſtos; Caietanus ideò dici iuſtum quia ſic patrocinatur quod ex iuſtitiæ rigore pro nobis ſatisfecerit. Catherinus, vt non totum ſolvat ſatisfaciẽs omninò pro nobis per ſanguinem ſuum quod ſemel fecit in baptiſmo. Claudius quia tametſi propter iniuſtitias noſtras venia indigni ſimus, ille tamen iuſtitia ſua pro nobis veniam meruit, bene hæc. ſed addo iuſtum per excellẽtiam



tiam vocari, quia ex doctrina Ioannis eô maior debet eſſe iuſtitia interceſſoris, quô maiora fuerint delicta pro quibus intercedit. quod conſtat ex cap. 5. huius Epiſtolæ. *Eſt peccatum ad mortem, non pro illo dico vt roget quis.* Nam vt Hieronymus lib. 2. adverſus Iovinianũ, & Ambroſius, lib. 1. de pœnitentia cap. 9. & D. Thomas 2. diſtinctione 43. & de veritate queſtione 28. art. 11. ad 8. explicant, docet Ioannes non quemvis pro quovis peccato debere orare, quia quò maior eſt culpa inquit Ambroſius eô maiora ſunt querenda ſuffragia, ſi quicumq; enim de populo oret non exaudietur, cernis enim inquit Hieronymus quod ſi pro peccatis minoribus impetremus, veniam pro minoribus difficilis impetratio ſit. Ideô cum Ioannes dicat Chriſtum aduocatum eſſe pro vniuerſi mũdi delictis appellat illum per excellentiam iuſtum, vt pro ſumme iniuſtis orare poſsit qua ratione Paulus ad Hebræos 7. cum dixiſſet Chriſtum ſemper viuere ad interpellandum pro nobis ſubdit talis enim decebat vt nobis eſſet Pontifex, Sanctus, innocens, &c.

## NOTATIO POSITIVA.

CIRCA vocem *Aduocatum* nota Græcè eſſe Paraclètum, quæ vox quãdo conſolatorem ſonat, vt 2. ad Corinth. 1. *Conſolatur nos in omni tribulatione*. vel exhortatorem vt ad Titum ſecundo, *iuuenes exhortare.* Communis eſt toti Trinitati, & in hoc ſenſu dixerunt Baſilius li. de Spiritu Sancto c. 19. & Hieronymus epiſtola ad Heluidium Paraclêtum eſſe commune nomen Trinitatis, quia 2. ad Theſſalonicenſes. 2. Pater dat conſolationem æternã, excitat & confirmat corda noſtra, cum vero ſignificat patrocinari vt in præſenti ſolum Chriſto conuenit, vnde cum Chriſtus. Ioannis 14. ſe Paraclêtum dixit, alium Paraclêtum dabit vobis, cum enim *alium* dixit, ſe Paraclêtum dixit, vt benè Auguſtinus, Cyrillus, Leoncius, & Theophilatus, eius duplex natura bene inſinuatur tum Dei cõſolantis & exhortantis, tum hominis iuſti patrocinantis.

Secundò, cum propitiatio dicitur Græcè eſt



cè eſt Elesbos, quæ vox idem eſt, ac expiatio ideo enim numerorũ quinto, aries oblatus pro expiatione Græcè dicitur Ilaſmenoſchrios. & ab eodem verbo dixit Paulus ad Hebræos ſecundò, Chriſtum expiare peccata populi, ſignificat etiam exorationem, vnde Auguſtinus epiſtola 59. ad Paulinum paulò ante medium, non dixit ipſe eſt propitiatio, ſed ipſe eſt exoratio, ergo Chriſtus eſt noſtra propitiatio, expiatio, & exoratio, vt vim intelligas ſuæ orationis, idem enim eſt in Chriſto exorare, ac Patrẽ propicium mundumq; hominem reddere, (*ſu orar es alcançar.*)

## NOTATIO THEOgicam.

EX hoc loco B. Vigilius contra Eutichem, lib. 4. fine, falſitatis arguit hæreticos qui vnam ſolùm in Chriſto naturam collocabãt, probatque non ſecundũ diuinitatem interpellare, & meritò D. Thom. in 4. diſt. 15. quæſt. 4. articulo 6. quæſtiuncula 2. ait quod Chriſtus in quã

 tum

tum homo erat pro nobis etſi non dicamus, *Chriſte, ora pro nobis*. Quia Chriſtus ſupponit ſuppoſitum diuinum, cuius non eſt orare. ſed concedere.

Sed dices etiam Spiritum Sanctum dici orare, & poſtulare pro nobis ad Romanos 8. *Ipſe ſpiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus*. Reſpondetur non deeſſe qui hoc non de Spiritu Sancto, ſed de dono precum ab eo infuſo interpretentur, vt Chryſoſtomus homilia 14. in epiſtolã ad Romanos Theophilactus, & Oecumenius ibidem; Neque deſunt qui de ſuperiore animæ parte gratia illuſtrata explicent, vt Theodoretus & alij. Conceſſo tamen ſermonem eſſe de Spiritu Sancto dicitur Spiritus Sanctus poſtulare pro nobis, quia nos facit, vt poſtulemus, & nos docet poſtulare. vide Damaſcenum libr. 4. cap. 23. Auguſtinum Origenem, & alios apud Riberam in cap. 7. ad Hebræos numero 82.

Ex eodem loco B. Auguſtinus tractatu primò, in hanc epiſtolã, refellit eos hæreticos, qui hinc colligunt Sanctos non pro nobis orare, (inuicem (inquit) Auguſtinus



guſtinus pro ſe membra orant, caput vero pro omnibus interpellat,) idem benè Gagneius tractat, aliud eſt enim orare, aliud propitiare, ſol⁹ Chriſtus apud Patrẽ propitiator eſt, ac non ſolũ interceſſor

Sed dices ſi Chriſtus pro nobis orat, illumque habemus aduocatum apud Patrem, quid alijs indigemus aduocatis, aut interceſſoribus? Quid ad Coloſſenſes 4. petit Paulus, *Orantes ſimul, & pro nobis?* Quid Petrus ſuam pro nobis in cœlo orationem promittit? ſecunda capite primo. *Dabo autem operam frequenter habere vos poſt obitum meum, vt horum memoriam faciatis.* Reſpondetur ex doctrina quam optimè probat Bellarminus tom. 1. lib. 1. de Sanctorum beatitudine cap. 17. propoſit. 2. Sanctos non eſſe immediatos interceſſores apud Deum, ſed quidquid à Deo nobis impetrant, per Chriſtum impetrant. Itaq; Sanctos inuocamus ad hoc ſolũ, vt faciant id quod nos facimus, quia melius poſtulabunt, ſcilicet per Chriſtum petere, hanc doctrinam ex hoc loco Ioãnis, & alijs ſcripturæ colligit Bellarminus ibidem.

Hinc denique confirmata manet communior Theologorum ſententia dicentiũ Chriſtum in cœlo verè pro nobis orare. Circa, quæ præter Suarez, & alios citatos vide latiſsimè Riberam in caput 7. ad Hebræos numero 74. & Theodoretum qui ſic explicat id ad Hebræos 7. *Sanctorum miniſter & tabernaculi* veri, & ad Romanos 9. *Introibit in ipſum cœlum, vt appareat nunc vultui eius pro nobis.*

## NOTATIO MORALIS.

CVM in nullo alio ſcripturæ loco aduocatus dicatur Chriſtus Dominus æquum erit perpendere quã nomen hoc Deo ſit gratum, Chriſto honorificum, nobiſq; vtile. primò enim munus iſtud Chriſti gratiſsimum eſſe Deo conſtat, nam ſi rogari à gentibus eſt Deo adeò illuſtre, vt cognominetur rogatus. Pſalmo 44. numero 13. *Vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis.* Los mas ricos ſeran tus por dioſeros ) & Iſaiæ 11. num. 10. *Ipſum omnes gentes deprecabuntur*, ( ſera el rogado de todo el mundo. ) Vnde cum exoratur Deus,



Deus, magnam dicitur conſolationem accipere Pſal. 134. *In ſeruis ſuis deprecabitur.* id eſt, à ſeruis ſuis exorabitur, vel propter ſeruos ſuos, vt Chryſoſtomus, Græcè eſt Paraclyſete, vel conſolationem accipiet, vt benè Genebrardus. Vnde Iſaiæ 59. nu. 16. *Aporiatus eſt Dominus, quia non eſt qui occurrat*, propriè, *qui intercedat.* Hebraicè vt legit Foreirus, *non eſt interceſſor.* Dolebat namque Dominus quod non eſſet qui intercedendo, vt aduocatus, malis noſtris obuiaret, id circo *ſaluauit ſibi brachium ſuum, & iuſtitia eius confirmauit eum*, Foreirius ex Hebræo, *opitulatum eſt ſibi brachiũ eius, & iuſtitia ipſius ſuſtinuit eum.* (Chriſto que es ſu braço eſſe le ayudò, porque nueſtra ayuda la tenia por propria, y ſu juſticia, y ſantidad de Chriſto le confirma ſiẽpre en eſſe penſamiẽto de hazernos biẽ ) vide interceſſorẽ, & iuſtitiam apud Iſaiã, vt in præſenti aduocatum & iuſtum.

Præterea talis aduocatio Chriſto eſt honorificentiſsima, quia ſolùm pro miſeris exorare ſatis laudabile eſſe conſtat apud Romanos & Græcos, apud quos aduocati patrocinij munus gratis omninò exercebant,

bant, eo ſolùm contenti pro alijs patrocinarentur. de Romanis vide Tullium, li. 2. officiorum (diſerti hominis quodque in patrijs eſt moribus, multorum cauſas, & non grauatè ſed gratuitò defendentis beneficia, & patrocinia latè patent) & canit Ouidius.

*Turpe reos empta miſeros defendere lingua.*

Idem latè perſequitur Quintilianus libr. 12. Oratoriarum, inſtitutionum caput 7. Vide Tacitum lib. 11. de lege Titia, Plinium lib. 5. epiſtola ad Valerianum, & eodem libro epiſtola ad Rufum.

De Græcis conſtat apud Plutarchũ de Cynône Athenienſi, & Ariſtotel. de præceptis Rhetoricæ ad Alexandrũ, quę vide in Tiraquelo de nobilitate c. 29. à n. 21.

Quàm vero iam hoc munus Chriſti nobis ſit honorificum & obligatorium, conſtat tum ex Cyrillo lib. 19. in Ioán. c. 19. hinc colligẽtibus quã noſtra lex antiquæ præſtet, tunc enim Moyſſes & Aaron inter Deum, & Iudæorum multitudinẽ mediabant, nunc Chriſtus qui rogat (inquit) vt homo; diſtribuit vt Deus. quod Paulus apertè docuit 1. ad Corint. 1. & ad Rom. 1

*Gratia*



*Gratia vobis, & pax á Deo Patre noſtro & Domino Ieſu Chriſto.* Quàm vero ſit obligatorium conſtat cum apud Romanos ex Dionyſio, Alicarnaſeo lib. 2. & Plutarcho in vita Romuli, cum de plebe quiſq; aliquẽ ſibi patronum coaptaſſet cumq; hic illum in ſuam fidem recepiſſet alter alteri pro ſua quiſq; facultate opem ferebat, patronus quidem authoritate & potẽtia, cliens obſeruantia, & cum opus eſſet fortunis vide Gelium lib. 20. cap. 1. & lib. 15. cap. 13. & Alexandum ab Alexandro Genialium dierum lib. 6. cap 9.

Tum præterea quia qui Chriſtum aduocatum dicit, nos ſupponit vocántes illum, aduocatus enim dicitur, qui vt pro me oret vocatus eſt, ſic enim Cicero pro Quintio (quos tibi aduocaſti viros electiſſimos vrbes) & Quintilianus lib. 11. c. 1. (in his cauſis in quibus aduocamur,) pro his ergo præcipuè Chriſtus aduocatus orat, a quibus orando vocatus eſt.

*Et in hoc ſcimus quoniam cognoſcimus eum, ſi mandata eius obſeruamus, qui dicit ſe noſſe Deum, & mandata eius non cuſtodit mendax eſt, & in ea veritas non eſt.*

EXPLA-

## EXPLANATIO LITERAE

SVMPTA occaſione ex doctrina de peccatorum remiſsione diggreſſus Ioãnes egerat de Chriſto aduocato; nunc incipit prima capitis pars in qua ſigna traduntur veræ fidei & charitatis, & in præſenti tanquam veræ fidei ſignum ponitur mandatorum obſeruantia. *In hoc enim ſcimus quod Deum per fidem cognoſcamus, ſi eius mandata obſeruamus*. Quod explicat clarius ab oppoſito; mendacem appellans eũ qui cum mandata non cuſtodiat fidem dicat habere.

Quæ, vt declarentur, dubitabis 1. circa primam partem; quomodo inferatur ex mandatorũ obſeruãtia cognitio fidei noſtræ, & quam vim habeat hæc conſequentia. Dei mandata obſeruamus ergo vera fides in nobis eſt. Antiqui non hæc attigerunt, vnus attigit Catherinus, vtinam non attigiſſet, lapſus enim eſt in magnum errorem dicẽs videant & ponderent hæc verba Ioannis defenſores incertitudinis gratiæ (Dominicum de Soto notat cõtra quem plura dixit in Tridentino, & ſcripſit in expoſitione Decreti Concilij de certitudine gratiæ) poſſumus ergo ſcire quod obſeruamus mandata eius, & conſequenter, quod eius dilectionem habemus, & ſumus in gratia,) quæ expoſitio doctrinam continet ad minus erroneam, vt latè probant Controuerſiarij vbi de iuſtificatione. Contra Lutherum, & Theologi 1. 2. quæſt. 112. articul. 5. & patet ex Tridentino ſeſsione 6. cap. 9.

Id circo duobus modis hæc explico, primo de ſcientia quadam veluti experimẽtali, vt eam appellat Caietanus, quæ oritur ex ſuauitate quadam, paceque interna, quæ non certitudinem, ſed vehemẽtem gignit coniecturam, quod Dei lux in aliquo ſit. de qua loquutus eſt Paulus ad Romanos 8. *Accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus Abbà Pater, ipſe enim ſpiritus teſtimonium reddit ſpiritui noſtro quod ſumus filij Dei*; hoc eſt, pace & ſuauitate interna gratiam in animo eſſe teſtatur, & in hoc ſenſu dixit Petrus 2. cap. 1. *Fratres ſatagite, vt per bona opera certam veſtram vocationem faciatis*, id eſt, vehementer eſſe. In quo

In quo etiã ſenſu Paulus ad Romanos 8. *Certus ſum, quia neque mors, neque vita poterit nos ſeparare à charitate Dei*. id eſt, valdè mihi perſuaſus ſum, & vehementer conijcio, ſic Ioannis 13. dicitur in hoc cognoſcent omnes, quod diſcipuli mei eſtis, ſi dilectionem habeatis ad inuicem, quia videlicet hæc externa ſigna, coniecturã, humanamque fidem efficiunt. In hoc denique ſenſu Auguſtinus dixit tract. 5. ſuper hanc epiſtolam nemo interroget hominem, redeat ad cor ſuum, ſi ibi inuenerit charitatem ſecurus ſit, quia tranſit de morte ad vitam, ſecurus (inquam) propter moralem certitudinem. ſicut idem ſuper Pſalmum 149. (eſt ergo modus gloriandi in cõſcientia, vt noueris fidem tuã eſſe ſynceram ſpem certam, & charitatem tuam ſine ſimulatione, quæ intelligenda ſunt de humana, & coniecturali notitia. Sic ergo in præſenti, illud *ſcimus*, intelligendum eſt per coniecturas, & ſcientiam quandam moralem.

Secundò, vt dicat Ioannes mandatorũ obſeruantiam eſſe vehemens motiuum credibilitatis noſtræ fidei, ſi enim quis man-



mandata Dei obſeruet, quis dubit & quim Deus illum de ſua fide, & veritate doceat, vt cùm Ethnici ex Chriſtianorum optimis moribus illorum religionem veram eſſe credebant. In quo ſenſu infrà explicabimus id capit. 3. *Scimus quoniam tranſlati ſumus de morte ad vitam quoniam diligimus fratres*. In quo etiã ſenſu ad Romanos 15. Paulus. *Audatius* (inquit) *ſcripſi ad vos propter gratiam, quæ data eſt mihi à Deo, vt ſim miniſter Chriſti in gentibus ſanctificans euãgelium Dei*. id eſt, vt bene Anſelmus ibidem. exemplo meo ſanctum oſtendens, quod cum tanta reuerentia monſtro; vt Hieronymus exemplo & vita Dei, euangelium ſanctum eſſe declarat.

Sed dices quomodo mandatorum obſeruantia ſignũ adeò efficax eſt veræ fidei in Deũ? Reſpõdetur, quia non ei obediẽtiam præſtaremus, quem, non vt Dominũ cognoſceremus, neque quis in difficilimis aliquui morem gereret, ſi non eum verũ in promiſsis crederet. Hinc eſt in ſcriptura fidem, & obedientiam ſæpè, vel pro eodem vſurpari, vel, vt rem & ſignum coniungi, ad Romanos 16. *Veſtra obedientia*

*tia in omni loco divulgata eſt*. id eſt, vt Theophilactus, non ego ſolus huic veſtræ fidei teſtimonium perhibeo, ſed & vniuerſus orbis, & numero 26. *Secundum præceptum æterni Dei ad obeditionem fidei*. & cap. primo numero 5. *Ad obediendum fidei in omnibus gentibus*. Vbi Auguſtinus & Origenes fidē ipſam in Chriſtum intelligunt qua ſe homines ex fide in omnibus Deo permittūt & credunt.

Dubitabis ſecundo quomodo verum ſit eum mentiri qui dicit ſe noſſe Deum cū mandata non ſeruet, conſtat enim ex fide hanc non amitti propter mandatorum tranſgreſsionem ergo verum dicet peccator fidelis, noſco Deum, & mādata eius non obſeruo.

Communiter reſpondetur ſermonem eſſe de fide perfecta, & cum charitate cōiuncta, quæ expoſitio non diſplicet, cum ſæpè in ſcriptura cognoſcere Deum, & amare ſeu honorare Deum, idem ſit. Iſa. 1. *Iſrael me non cognouit*, id eſt, non recognouit neque amore proſequutus eſt. & Iudicum 2. *Surrexerunt alij qui non nouerunt Dominum*. & 1. Regum. 2. *Filij Heli, Filij Belial*



*lial neſcientes Dominum*. vide Ezechiel 38. Daniel. 13. Iob. 4. & 23.

Sed vt quid ſentiam aperiam, nota *noſcere*, in ſcriptura non quomodocumque cognoſcere ſignificare ſæpè, ſed ponderando, in quo ſenſu Amos 5. dicitur, *Cognoui multa ſcelera veſtra, & fortia peccata veſtra*. id eſt, ponderaui, ac perpendi, & Pſalmo 66. *Vt cognoſcamus in terra viam tuam*, id eſt, calleamus, ac penetremus prouidentiam tuam, ac denique Oſeæ 6. *Viuemus in conſpectu eius, ſciemusque vt cognoſcamus Deum*, vbi Hieronymus. agemus pœnitentiam, vnde perfecta Dei cognitio conſurget. & Abachuc 2. *Replebitur terra, vt agnoſcant gloriam Domini*, id eſt, vt perfectè cognoſcant, ac penetrent. ſic denique noſter Ioannes cap. 5. *Scimus quia filius Dei venit, & dedit nobis ſenſum, vt cognoſcamus verum Deum*.

Hæc cum vera ſint, qui Deum perfectè cognoſcit, vt iudicem æquum, neceſſario timebit eum, ideò Dei cognitio pro Dei timore vſurpatur. Oſeæ 4. vbi nos habemus, *non eſt ſcientia Dei in terra*. Chaldæus dixit, *Neque eſt qui ambulet in timore*

 *Domini*

*Domini in terra*. & Hieremiæ 1. *Non docebit vnusquiſque proximum ſuum dicens cognoſce Dominum, quia omnes ſcient me*, vbi idem Chaldæus, *Scito timêre Dominum, quia omnes diſcent, vt ſciant timere Deum*. Præterea quia cognoſcens Deum, vt ſummum bonum, ponderanſque ſummam eius bonitatem, ad diuinum rapitur amorem; ideò cognoſcere Deum eſt eum amare, vt ſuprà vidimus, & confirmatur ex 1. Paralipom. 28. *Tu autem Salomon fili mi ſcito Deum Patris tui, & ſerui ei corde perfecto*. & cap. 17. *Quid vltrà addere poteſt Dauid cum ita glorificaueris, & cognoueris eum*, id eſt, amaueris. Vnde Ioannes infrà cap. 4. *Qui non diligit Deum non nouit eum*, id eſt, nondum ponderauit eius infinitam bonitatẽ. Præterea qui Dei ſupremum ſupra omnes dominium ponderauerit, ad eius ſeruanda mandata vehementer incitabitur, ideò cognitio Dei cum obedientia mandatorum iungitur, Oſeæ 4. *Non eſt miſericordia, non eſt ſcientia Dei ſuper terram*, & Hieremiæ 9. *In hoc gloriatur qui gloriatur ſcire, & noſſe me, quia ego ſum Dominus qui facio iudicium & miſericordiam*. Ergo qui dicit ſe noſſe



noſſe Deum, id eſt, perfectè ponderare pulchrè callêre, & intimè penetrare Dei iuſtitiam bonitatem & dominium, & tamen iudicem offendit, bonum odit, Domino non obtemperat frangendo mandata, certè opere ipſo mentitur, & veritas non in verbo, ſed in eo ipſo non eſt, totus enim homo mentitur, etenim non minus mendacium eſt verba menti quam facta verbis ac menti diſcrepare.

## NOTATIO POSITIVA.

QVÆ diximus corroborantur ſi verba quibus Ioannes eſt vſus perpendantur.

Et primò notandum circa verbum, *ſcimus*, Græcè eſſe Pinoſco, id eſt, delibero ſtatuo, iudico, decerno, vbi indicatur quam maturè, & conſideratè hanc cenſuram contra mandata violantes protulerit (no ſe arroja diziendo ſon vnos herejes) ſed maturè deliberando, & tanquam iudex omnibus perpenſis ſententiam ferendo.

Secundo, nota circa verbũ, *cognoſcimus*,

 Græcè

Græcè eſſe Noeo, quod verbum idem eſt, ac animo cogito, meditor, conſulo atq; perpendo; quibus dicta de attenta iuſtitiæ, bonitatis, ac dominij diuini conſideratione confirmantur.

Tertiò, denique circa verbum *cuſtodio*, Græcè eſſe Tereoteresis, id eſt, tutela, vbi nota indicari modum quo mandata cuſtodire teneamur tanquam tutores pupillam, vbi exacta cuſtodia indicatur, vt cum Eccleſiaſtici, cap. 17. num. 18. & cap. 16. dicitur, *Eleemeſyna gratiam hominis quaſi pupillam conſeruabit* (es la limoſna tutora, y conſeruadora de la gracia, que mirarà por ſu conſeruacion y augmento.) ſic tamen tutores ſumus legis, vt ipſa viciſsim nos tueatur, ſic enim Eccleſ. 33. *Homo ſenſatus credit legi, & lex fidelis eſt illi* (guardanſe fielmente la palabra, ella de guardallo, y el de guardalla) iuxta id Eccleſi. 15. *Si volueris mandata eius ſeruare ſeruabunt te*, ſic intelligendum eſt id Pſalmi 120. *Dominus protectio tua ſuper manum dexteram tuã.* Iubebat enim Deus Deuteronomij 6. & Exodi. 3. geſtari legem, vt ſignum in manu, & fronte, quod ad literã intelligentes





Hebræi portabant illam in membrana, quæ Philacterion dicitur Matthæi 23. ait ergo Chaldæa Paraphraſis. *Dominus obumbrabit tibi propter carthulam præcepti, quæ cõfirmata eſt ad dexteram tuam.* (porque guardas la ley ſeràs guardado, y porque la tienes de tu mano, te tẽdra Dios de la ſuya.) quod Prouerbiorum, cap. 3. numero 14. ſatis apertè docetur. *Fili ne effluant hæc ab oculis tuis.* vbi Chryſoſtomus, & Theophilatus ſuper id ad Hebræos 12. *ne forte per effluamus*, legunt. *Fili mi ne per effluas.* idem enim eſt mandata effluere, & nos effluere, ſeu perire: quod licet ſub alia comparatione Prouerbior. 27. explicatur. *Qui ſeruat ficum comedit fructum eius, & qui cuſtos eſt Domini ſui, glorificabitur.* Vbi Hieronymus ficum ſeruare eſt legem diuinitus conſtitutam intenſo pedis opere cuſtodire, quod qui fecerit, comedit fructus eius, dum æternã obedientiæ ſuæ recipiet mercedem (tu ſuſtentas la ley, y ella te ſuſtenta a ti) ait ergo Ioannes mandata, vt pupillam à nobis, vt tutoribus cuſtodiri, qui & à pupilla ſuſtentamur, & ſi eam non tuemur perimus.

## NOTATIO THEOlogica.

LEGITO cautè Gregorium in huius loci expoſitionem duplicem, homilia 29. in euangelia, qui cum dicta Ioannis verba recitaſſet, ſubdit. (quod cum ita ſit fidei noſtræ veritatem in vitæ noſtræ cõſideratione debemus agnoſcere, tũc enim veraciter fideles ſumus ſi quod verbis promittimus, operibus complemus) quibus verbis nõ ſignificat Gregorius non haberi, fidẽ ſed eam haberi mortuam, inutilẽ, & ad ſalutem haud magis conducentem quam fidem dæmonum qui credunt, & contremiſcunt Iacobi V. num. 17.

Idem Gregorius homilia 22. in Ezechielem circa medium ex hoc loco colligit tantam eſſe charitatem quanta eſt fides, dicens (quantum credimus tantum amamus, dicente Ioanne, *Qui dicit ſe noſſe Deum, & mandata non cuſtodit, hic mendax eſt*) intellegẽdus eſt de fide qua quis Deo adhæret, & per charitatem formata.

Ex hoc loco bene falſitatis conuincitur nouorum hæreticorum non nouus error dicentium fidem ſatis eſſe ad ſalutem, vt quondam Marcioniſtæ teſte Irænæo, & Tertulliano, vidẽ Auguſtinum libr. de fide & operibus, Bellarminum, Valentiã, & Controuerſiarios, & optimè Turrianũ lib. 4. pro epiſtolis Pontificum.



Nec non ex hoc loco cõfirmatur aliud Theologorum dogma, diuina præcepta non poſſe abſque fide cuſtodiri & gratia; etenim, ſi Ioannes in hoc ſcit fidem perfectam eſſe, quia mandata cuſtodiuntur, ergo mandata cuſtodiri ſine fide perfecta non poſſunt. Videatur Molina in concordia, quæſt. 14. artic. 13. diſp. 14.

## NOTATIO MORALIS.

FIDEM operibus oſtendendam, quod Ioannes oſtendit, multa ſuadent. primò quia, is eſt, ipſius fidei honos iuxta id ad Galathas 5. *Fides quæ per charitatem operatur.* vbi Græcè paſsiuè ſumitur *operatur*, vt benè Turrianus, lib. 3. pro epiſtolis Pontificum c. 5. & conſtat ex Dialogo

cap. 21. de perfectione, vbi fides (inquit) quæ per dilectionem, & bona opera viget, & exercetur ſummum eſt in virtutibus, quod latius proſequitur Magnes libr. 5. contra Theoſtichum (cum ſciret, (inquit) Abraham fidem ſemen eſſe fœcundum, adhibuit ſemini omnia commoda, & opportuna, terram, bobes, iugum, peram, & aratrum, & quæ ars agriculturæ docet, vt enim ſine his non ſeritur ſemen, neque niſi cauſa ſeminis quid iſtorum efficitur, ita fides ſemen myſticum, niſi germinauerit per opera iuſtitiæ, germinis erit expers. ſecundò, id cedit in authoris ipſis fidei laudem. Hinc eſt in Scriptura Dei Verbum ſeu præceptum manum appellari, quia tanta eſt eius authoritas, vt illius dicere noſtrum ſit facere, vt tertio Regum 18. *Manus Domini facta eſt ſuper Eliam, accinctiſque lumbis currebat ante Achab.* id eſt, Dominus præcepit Eliæ, idemque ſunt Prophetæ Locutiones, & opera, quæ eas bonſequi debent. Vnde Oſeæ 12. *In manu Prophetarum aſsimilatus ſum*, in loquutionibus Prophetarum varias vobis ſimilitudi-



litudines obtuli, vt mihi ſeruiretis, &c. & Ioſuæ 17. *Dominus præcepit per manum Moyſi, vt daretur nobis poſſeßio*; ac denique. Eſdræ 3. *Steterunt ſacerdotes in ornatu ſuo cum tubis. & leuitæ filij Aſſaph in Symbolis, vt laudarent Deum per manum Dauid*, id eſt, per Pſalmos quibus Dauid præceperat diem feſtum celebrari, imò regum iuſſa, manus etiam dicuntur ob illis debitam obedientiam. 2. Regum 14. *Nunquid manus Ioab tecum eſt iu omnibus iſtis?* id eſt, num Ioab tibi præcepit, vt hæc diceres? Quem ſenſum verum eſſe mulieris indicat reſponſum, *Seruus tuus Ioab præcepit mihi, & ipſe poſuit in os ancillæ tuæ verba hæc.* Ergo ad Dei ipſis honorem pertinet exacta hæc eius verborum, quæ nobis perſidem conſtant obſeruatio.

Tertiò, Denique ad Eccleſiæ vniuerſalis pertinet honorem, cuius præcipua nota eſt fidelium ſanctitas, & morum integtitas. Circa quod vide Auguſtinum libro ſecundo, in Iulianum Apoſtatam, & latiſsimè Bellarminum de notis Eccleſiæ tomo primo, libro quarto, cap. 13. nota 10.

Deniq;

Deniq; nobis damnum inferimus, quid enim prodeſt viam videre, vt benè Ignatius epiſtola ad Epheſios dixit, *Niſi per eã ambules*, at per bona opera ambulamus iuxta id Pauli ad Epheſios 2. *Dei factura ſumus creati in Chriſto Ieſu in operibus bonis, quæ præparauit Deus, vt in eis ambulemus.* Quid prodeſt fundamentum, ſi nullum ſuper ædificetur ædificium, at opera ædificium eſſe, Iudas docuit cap. 1. *Vos autẽ ſuper ædificantes, vos met ipſos ſanctiſsimæ veſtræ fidei in Spiritu Sancto.* Quid deniq; prodeſt, vt inquit Proclus Conſtantinopolitanus epiſtola ad Epiſcopos, & Præsbyterios Armæniæ optimum habere ſpeculum; ſi nos, vt Deo placeamus in eo non ornemur? vt Iacobus cap. 1. *Si quis auditor eſt verbi, & non factor, hic comparabitur viro conſideranti vultum natiuitatis ſuæ in ſpeculo.* Vide plura ſupra in cap. 1. numero 8. ſuper illa verba.

*Qui autem ſeruat verbum eius, verè in hoc charitas Dei perfecta eſt; in hoc ſcimus, quoniam in ipſo ſumus. &c.*

EX-



## EXPLANATIO LITTERÆ

CVM Ioannes fidei ſigna dediſſet, nunc charitatis etiam ſigna demonſtrat, obſeruationem ſcilicet mandati. Ad cuius expoſitionẽ dubitabis. primò, quod ſit hoc verbum, quod qui ſeruat charitatem perfectam habet? ſecundò, quæ ſit perfectio charitatis quam verbum ſeruãdo conſequimur? tertiò, quid ſit manere in Deo & ambulare, vt Deus ambulat?

Circa primum Auguſtinus quem ſequitur Gagneius & Catherinus de præcepto charitatis intelligũt quia vno verbo charitatis præcepta omnia intelliguntur, Heſelius de præcepto charitatis erga proximũ, qui enim diligit proximum, vt pareſt charitatem habet erga Deum.

Oecumenius vero Interlinealis & Beda quos ſequuntur Caietanus, Claudius, & Dionyſius de omnium mandatorum obſeruatione exponunt, vt idem ſit ſenſus, ac Ioannes 14. *Qui diligit me ſermonem meum ſeruabit, qui nõ diligit me, ſermones meos non ſeruat.* Quod mihi magis probatur, tũ

quia

quia hucuſq; de charitate actum à Ioanne non eſt, tum quia in communi agit Ioãnes de ſignis perfectæ charitatis, quin egerit de charitate erga Deum, vel proximum, imò cum perfectam dicit charitatem in eo eſſe, qui mandatum cuſtodit, vtramq; videtur dicere dilectionē eſſe in eo qui mandata ſeruat. Adde frigidum videri dicērem, qui ſeruat mandatum charitatis habet charitatem.

Neque obſtat in præſenti ſermonem dici, aut verbum in ſingulari, quod videtur excitaſſe Auguſtinum, vt de mandato illo exponeret de quo apud Ioannē dicitur hoc eſt præceptum meum, vt diligatis inuicem, quia tota Chriſti doctrina, ſermo, aut vnum verbum ſæpè dicitur à Ioanne, cap. 14. *Sermo quem audiſtis non eſt meus*, vbi agebat de vniuerſa doctrina quam prædicabat, *& qui diligit me, ſermonem meum ſeruabit*, vbi de omnibus loquitur præceptis.

Circa ſecundum Auguſtinus, quem eſt ſequutus Heſſelius, (quæ eſt (inquit) perfectio dilectionis? & inimicos diligere, & ad hoc diligere, vt ſint fratres, nō enim dilectio noſtra carnalis eſſe debet, amico optare ſalutē bonum eſt, ſed etſi deſit, anima tuta ſit, ſic dilige inimicos, vt fratres optes, neque enim dixit Chriſtus Pater viuant iſti qui me occidunt, ſed quid ait? *ignoſce illis*.) Confirmat hæc Auguſtinus, quia Matthæi quinto, de perfectione diligendorum inimicorum agens Chriſtus ait, *perfecti eſtote ſicut Pater cœleſtis perfectus eſt*, hæc eſt ergo perfecta charitas de qua in præſenti.

Lyra dupliciter putat aliquid dici perfectum, vel cui nihil deeſt ex his ad quæ tenetur, & ſic qui ſeruat mandatum Dei quantum ad eius præcepta dicitur in charitate perfectus; vel, cui nihil deeſt de ijs quæ poteſt habere, & ſic charitas non eſt perfecta in via, quia quantumvis ſanctus poteſt in illa creſcere.

Ego vero exiſtimo Ioannem ſe ipſum explicare infrà cap. 4. cum ait, *Si diligamus inuicem verè Deus in nobis manet, & charitas eius in nobis perfecta eſt*, & infra. *in hoc perfecta eſt charitas Dei nobiſcum, vt fiduciam habeamus*. quod, vt declaretur ſuppono, latēre amphibologiam in voce illa

illa *in hoc charitas Dei perfecta*, nam vel ſignificat charitatem Dei, id eſt, illam quam erga nos habet, vel, quam nos erga illum habemus, vt cum dicitur ad Romanos 8. numero 39. *Quis nos ſeparabit à charitate Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu?* (ni por miſerables nos dexarà de amar el que por Chriſto nos ama, ni por miſerables le dexaremos de amar los que por Chriſto le amamos. & 2. ad Corinth. 5. numero 14. *Charitas Chriſti vrget nos*, (el amor que Chriſto a ley de Padre nos tiene, o el amor que a Chriſto a ley de hijos tenemos nos eſpolea, &c.) Vterque ſenſus poteſt in præſenti accommodari, licet aptius credam Ioannem loqui de charitate noſtra in Deum, iuxta dicenda infra cap. 5. numero 3. *Hæc eſt charitas Dei, vt mandata cuſtodiamus.*

Circa tertium quid ſit *manere in Deo*, cõmuniter explicatur de ſocietate per fidẽ qua Chriſto quis adhæret, vnumq; membrum ſit cum illo.

Sed, vt quid ſentiam, dicam; nota ſoli Ioanni vſitatiſsimam eſſe hanc phraſim in euangelio, & epiſtolis, cap. 15. num. 4. *Mane*



*Manete in me, & ego in vobis*, quod Theophilactus, Cyrillus & Leoncius de perſeuerantia in munditie quam tradiderat, & charitate quam commendauerat interpretatur. & infrà cap. 3. *Omnis qui in eo manet non peccat*, id eſt, qui Deo per charitatem vnitur, non debet aut ſolet peccare, & ſic explicari poteſt in præſenti qui dicit ſe perſeuarare in Deo debet mandata obſeruare. vel, ſecundò fieri poteſt alluſio ad comparationem illam vitis Ioannis 14. *Ego ſum vitis, & vos palmites qui manet in me, & ego in eo hic fert fructum*, quaſi dicat, impoſsibile eſt manere in vite, & fructum bonorum operum non effundere. vel tertiò. poteſt eſſe ſenſus fortè accommodatior iuxta id quod Hiſpanè dicimus (quedar con alguno) id eſt, ſeruirle ait ergo Ioannes (el que dize, que ſirue a Dios y queda en ſu caſa deue andar a ſu paſo) *debet ſicut ille ambulauit, & ipſe ambulare.*

Denique circa quartum, quid ſit hominem ambulare, ſicut Deus ambulauit? notandum in ſcriptura, *ambulare*, pro *viuere* vſurpari, ſeu *conuerſari*, Pſalmo 83. *Qui ambulant innocenter*, & Pſal. 100. *Ambulans*

C *in via*

*in via immaculata hic mihi miniſtrauit*. ad Romanos 8. *Nihil damnationis his qui non ſecundum carnem ambulant*. Ait ergo Ioannes debet Chriſti veſtigijs inſiſtere, eius mores imitari, & vitam effingere.

## NOTATIO POSITIVA.

Aliquarum vocum ad rem præſentem myſterioſa proprietas perpendatur. & primo circa illud *Charitas Dei perfecta eſt*, Græcè eſſe nomẽ ſignificans charitatem Agapes, *Beneuolentia*, aut *affectio*, quæ propriè non amorem, vt cumque ſonat ſed affectuoſum, qui in externa ſigna prorumpat, inde enim Agapeo, ſignificat oſculari, & dona ſeu conuiuia hoc nomine appellantur Iudas in canonica in epulis ſuis conuiuantes propriè eſt in dilectionibus ſuis, id circo Agape, vocabantur conuiuia, quæ in Eccleſia ſibi mutuò primitiui fideles faciebant. Ait ergo Ioannẽs qui cuſtodit mandata non quam cumque dilectionem habet, ſed affectuoſa in opera prorumpentem dona Deo ſuo mittentem (parece que quantos Manda-





mientos guarda, con tantos platos ſirue a Dios en la meſa.)

Secundò, circa id *perfecta*, nota Græcè non eſſe nomen ſed participium à verbo Teloo. id eſt, conſummo, & perficio, quo verbo Exodi 29. dicuntur manus Aaron cõſecratiæ Theoloſis Tas Xalias Aaron. quia cum in miniſtrum electus eſt, & ſacerdotem ſummam perfectionem manus eius adquiſierunt, quo etiam verbo vſus eſt Paulus ad Hebræos 12. num. 2. Chriſtum vocans authorem, & conſummatorem fidei. id eſt, vt bene Theophilactus, qui conſummatam, & perfectam fidem poteſt efficere in vobis. ait ergo Ioannes, (el que a la caridad juntò las obras, puſola en ſu punto, y eſtado.)

Tertio, circa illud verbum *qui dicit*, notandum Græcè eſſe Legon, quod non vtcumque dicere ſonat ſed concionari, oratoriè loqui, exponere, pronunciare; quo verbo vſus eſt Paulus 1. ad Chorinthios 2. *Sapientiam loquimur inter perfectos, ſapientiam loquimur abſconditam in myſterio*, quod eſt propriè loqui, mente & actionibus verbis conſentire, (hablar con fuerça de ac-

ciones queriendo hazerſe creer.) ait ergo Ioannes, (aunque mas diga, y predique, y nos quiera hazer encreyentes, que ſin obras tiene caridad, miente; y el que dize, y predica, que eſta en Dios, viua como Dios.)

Quartò, circa illud *manere*, Græcè eſt, *meno*, id eſt, ſum ſtabilis, ſignificatque propriè manere ſuſtinendo, (eſtar quedo ſufriendo, y padeciẽdo) vnde Plato epiſt. 10. (mane & perſeuera in iſtis moribus.) & Heſiodus Meninantes Iunona ferentes tempeſtatem, inſinuat ergo Ioannes opus eſſe labore operandi bona, ſuſtinẽdique mala, vt in Deo perſeueremus.

Quintò, circa illud *oportet*, quod in interpretatione Syriaca legitur *debet*, & merito nam Græcè eſt Ophilo, id eſt, ſum deuinctus obnoxius, reus, debitor; quo verbo in qua vi vſus eſt Paulus ad Corinth. cap. 5. *Ne commiſceamini fornicarijs, &c. alioquin debebatis ex hoc mundo exiſſe*, (en todo caſo os conuenia primero morir, que juntaros con eſſa gente.) itaque ſignificat ſummam & ſtrictam neceſsitatem, ait ergo Ioannes, (no es como quiera lo que le conuiene, ſino que le va la vida, y es ſummamente neceſſario.)

Vltimo denique, circa illud *ambulare* Græcè eſt à verbo Peripateo, quod eſt nõ quomodocumque ambulare, ſed attendẽtes (muy de propoſito, y de veras exercitarſe en alguna coſa,) ſic enim Actorum 21. ſecundum inſtituta viuere, iuxta conſuetudines ambulare; ait ergo Ioannes, (conuiene tome eſte negocio de eſpacio, no paſee eſte camino de paſſo, ſino exercitandoſſe de veras en el.

## NOTATIO THEOlogica.

CVM ex hoc loco colligatur nõ poſſe eſſe charitatem, ſine obſeruatione Verbi, & mandatorum Deo, non defuerunt hæretici qui ex hoc loco occaſionem ſumpſerint dicendi poſſe eſſe charitatem veram, ſine obſeruatione mandatorũ, quia cùm Ioannes dicat in hoc charitas Dei perfecta eſt videtur indicare poſſe eſſe charitatem imperfectã, ſine obſer-

natione verbi Dei, ſicut non poteſt eſſe fides perfecta, ſine charitate, poteſt autē fides imperfecta.

Quare ad tollendam occaſionem errandi ex hoc loco ſupponendum eſt breuiter ex doctrina Theologorum fuſius tradita ex Diuo Thoma, & alijs à Patre Molina in Concordia, quæſtione 14. articulo 13. membro. tertiò, efficacem Dei dilectionem ſuper omnia habere cōiunctam obſeruationem omnium mandatorum Dei, quorum violatio cum charitate pugnat; hæc verò efficax charitas duplex eſt, quædam enim dicitur dilectio perfectior per comparationem ad finem ſupernaturalem, ac proinde includit obſeruationem mandatorum, qualis ad finem ſupernaturalem requiritur, vt fidei ſpei, & charitatis, & aliorum, quæ traduntur in lege pro tempore quo obligant, & de hac obſeruatione dixit Chriſtus. Matth. 19. *Si vis ad vitam ingredi ſerua mandata*, & Ioannis 14. *Qui habet mandata mea, & ſeruat ea ille eſt qui diligit me*, & de hac ait Ioannes infrà cap. 5. *In hoc cognoſcimus quam diligamus natos Dei, cum Deum diligamus, & mandata eius faciamus.* Altera eſt dilectio Dei efficax minùs perfecta, per comparationem ad finem tantum naturalem, ſolumque exigit notitiam Dei naturalem, & obſeruationem eorum mādatorum legis merè naturalis, & huius modi dilectio non eſt poſt naturā lapſam abſque gratia gratum faciente, ac proinde abſq; dilectione perfecta. primo modo. Ait ergo Ioannes in præſenti, *qui ſeruat Verbum Dei*, id eſt, mandata ſupernaturalia, non ſolum legem ab ipſa natura inditam, ſed Verbum à Deo ipſo mandatum habet charitatem illam perfectam, quæ dicit voluntatem efficacem adimplendi omnia mandata ſupernaturalia, & quæ in ordinem ad finem ſupernaturalem diriguntur.



Contra eos qui ex hoc loco Apoſtolos nihil præcipere, neque eorum verba obligare, ſed tantum Dei Verbum, quod qui ſeruat etſi principum mandata violet, charitatem perfectam habet. videatur Turrianus pro canonibus Apoſtolorum, & Epiſtolis Decretalibus lib. 1.

# NOTATIO MORALIS.

CVM dicat Ioannes, *qui ſeruat verbum, verè in hoc charitas perfecta eſt*, clarè docet obedientiam eſſe charitatis conſeruatricem; quod, vt illuſtretur, perpēde charitatem perfici. quoad Deum, quatenus per mandatorum obſeruantiam conſeruamus Dei erga nos charitatem, Ioan. 15. *Sicut dilexit me Pater, dilexi vos*, non loquitur de amore æterno, cùm illi ſuam Pater communicauit naturam. de quo Ioannis 5. *Pater dilexit filium, & omnia dedit ei quæ habet*, nec de amore quo humanitatē Chriſti elegit, vt eam Verbi perſonæ vniret; hic enim amor, ſicut nec primus, nobis communicatus non eſt; ſed loquitur de amore quo ſuperabundantem gratiam, virtutes, innumeraq; dona donauit. Huic amori Dei erga Chriſtum ſimilis eſt amor Chriſti erga nos quibus ſua dona communicat, de hoc ergo amore ait, *ſicut dilexit me Pater, & ego dilexi vos. Manete in dilectione mea*, notauit Auguſtinus non dixiſſe, *manete in dilectione mei*, ſed *mea*, quia non tam



tam monemur laborare in conſeruanda charitate noſtra erga Deum, quam Dei erga nos, quæ fons eſt, & origo bonorum omnium. Vtq; id præſtet docet, quomodo conſeruanda ſit ea charitas, eo ſcilicet modo quo Chriſtus conſeruauit amorem Dei erga illum, cui ſimilem dixit amorem ſuum erga nos, *ſi præcepta mea ſeruaueritis, manebitis in dilectione mea, ſicut ego præcepta Patris mei ſeruaui, & maneo in eius dilectione*, quod, & in Sapientia dicitur, *neminem diligit Deus niſi eum qui cum ſapientia inhabitat*, id eſt, cum lege eius, præcepta ſeruando.

Secundò, In ſe charitas perficitur obedientia, quatenus, vt Theologi docent, obedientia eſt virtus generalis non ſolùm imperans, ſed ad actus mouens reliquas virtutes quibus charitas perficitur. Vnde 2. ad Corinthios 8. *Velle cœpiſtis, nunc verò & omnia facto perficite, vt quemadmodum prōptus eſt animus, ita ſit & perficiendi*. Beneq; notauit Hieronymus non dictum eſſe à Saluatore, *ſi vis perfectus eſſe*, ſcilicet in charitate, *vade da pauperibus, &c.* ſcilicet obedientia, *ſed ſequere me*, ſcilicet per obedientiam, & ambula, vt ego ambulaui.

 Tertiò,

Tertiò obedientia facit charitatem perfectam quatenus oſtendit hominibus illã eſſe, & perfectè cognoſcitur amor ex obedientia. vt Ioannis 14. *Vt cognoſcat mundus quia diligo Patrem, & ſicut mandatum dedit mihi Pater ſic facio. Surgite eamus hinc.* Sicut ex repentino priſtini fragore clarè colligitur ignem conceptum fuiſſe in tormentario puluere hac denique obediẽtia, ſi quis langor charitatis erat animæque infirmitas ſanatur, Sapientiæ 16. *In memoria ſermonum tuorum velociter ſaluabũtur, ne in altam incidentes obliuionem non poſſint tuo vti adiutorio, etenim neque herba, neq́; malagma, ſed ſermo tuus Domine qui ſanat omnia.* E contra charitas etiam hanc perficit obedientiam, optat enim amans morem gerere amato. Iſaiæ 26. *In ſemita iudiciorum tuorum ſuſtinuimus te, & memoriale tuum in deſiderio animæ meæ, anima mea deſiderauit te in nocte, ſed & ſpiritu meo in præcordijs meis de manè vigilabo ad te.* ( Y como vn amigo dize a ſu amigo, quando le topa, no me mandais nada? mandadme algo, que lo deſſeo.) Sic Dauid, *Legem pone mihi, Domine, viam iuſtificationum tuarum, & exquiram illam ſemper. & alibi paratus ſum, & non ſum turbatus, vt cuſtodiam mandata tua.*



Ex amore deniq; fit vt ambulet amãs, ſicut dilectus ambulat, eiſdemque veſtigijs inſiſtat, vt Ioannes ait. Canticorũ 1. *Botrus Cypri in vineis Engadi,* D. Thomas, Bernardus, Origenes, Athanaſius, & Gregorius Papa aiunt ſermonem eſſe de Inſula Cypro, in qua traditur vſque adeò vites frondeſcere, vt ex eis ſcalæ fierent, quibus in Dianæ templum aſcendebant antiqui; poſſet ergo quis dicere ſponſum eſſe botrum Cypri, in vineis illis, ex quibus ſcala fit in cœlũ, ſinguli enim Chriſti greſſus totidem erant ſcalæ gradus, vt cœlum ſcandere poſſemus. nec mirum videri debet nobis imperari, vt ſicut ille ambulauit, ambulemus, eum in exemplũ ſumentes, ſi quidem ille non de dignatus eſt ab hominibus ſumpſiſſe exemplum, (noſtro loquẽdi modo, vt dicimus iraſci) cùm filium miſit in mundum ad Hebr. 1. cum Paulus egiſſet de Abrahæ ſacrificio, vnde, inquit, *& ipſum in parabolam accepit,* id eſt, in ſimilitudinem, vt multi cũ Chryſoſtomo; quaſi diceret Deus, (vt Chryſoſtomus,

ſoſtomus, Oecumenius, & Theophilactus interpretantur) ſi Abraham pro me, & in mei gratiam filium ſuum immolare ſuſtinuit ergo debeo, & ego filium meum pro eodem immolare? E contra vero non ſequi Deum, & poſt eum ambulare, quàm graue ſit Sophoniæ 1. oſtenditur, *Qui auertuntur de poſt tergum filete à facie Domini Dei.* (deſcuydaos de ver la cara de Dios los que aca no le huvieredes ſeguido a las eſpaldas.) & Iſaiæ 59. numer. 13. *Auerſi ſumus ne iremus poſt tergum* Dei *noſtri.* (hemos dado en no ſeguir a Dios. Ecce poſt Deum non ambulare maximum dicitur peccatum.

*Fratres non mandatum nouum ſcribo vobis, ſed mandatum vetus, quod habuiſtis ab initio mandatum vetus eſt verbum, quod audiſtis ab initio. iterum mandatum nouum ſcribo vobis, quod verum eſt in ipſo, & in vobis, quia tenebra tranſierunt, & verum lamen iam lucet.*

EX-



## *EXPLANATIO LITERAE*

NVLLAM dilectus de dilectione agendi prætermittit occaſionem id circo cum hucuſque Apoſtolus egiſſet de ſignis quibus agnoſcitur aliquis in fide, & charitate manere, ſcilicet mandatorum obſeruatione, nunc oblata occaſione de mandatorum maximo ſermonem inſtituit, ſic enim Patres mandatum nouum iſtud interpretantur.

Sed dubitas quomodo vetus, & nouũ vocatur? & ſuppono quærendam eſſe aliquam nouitaté in præcepto amandi proximum, quæ antea nõ erat, ratione cuius dicatur nouũ quod erat vetus, in quo videtur. primò, non ſatisfacere expoſitio Cyril. lib. 9. in Ioann. cap. 23. nouitatem docentis eſſe in modo, & qualitate amoris, vt ſcilicet vitá, & alia temperalia poſt ponamus amori hoc eſt diligere fratrem ſupra ſe, & nõ ſicut ſe tantum, vt huc vſq; mandatum erat, idem Euthimius, & Chryſoſtom. tom. 4. ſerm. 7. in cap. 3. ad Rom. Qui nouum appellat mandatum, quia ſan-

ſanguinem proprium pro amico fundere jubet. Sed ſi bene perpendatur antiquũ etiam prçceptum à lege ipſa inditum vim eandem habebat. eadem ratione non videtur ſatisfacere Chryſoſtom. homil. 71. in Ioan. nouum appellans mandatum quia noſter amor debet à meritis proximi eſſe independens ſicut amor quo nos Chriſtus dilexit ſemper enim ſupernaturalis charitas, quæ propter Deum fuit ſemper à meritis hominum independens fuit. idẽ dico de expoſitione Auguſt. in præſenti, & tract. 65. in Ioan. appellantis nouum, quia facit homines nouos exutos Adamo veteri. ea nanque nouitas noua non eſt, antiquibus idem præſtabat charitas.

Secundò ſuppono ibi declarari ſpiritualem aliquam excellentiam, quam Ioãnes circa charitatis mandatum inuenit, vnde illæ expoſitiones, quæ de charitatis præcepto dicunt aliquid reliquis præceptis commune nihil excellens de charitate & ſingulare dicunt. quare non placent Gloſa, Liræ, & alij nouitatem declarantes per renouationem, quia præceptum naturale amoris dequo Eccleſi. 13. & ſcriptum



tum Deuteronom. 6. & Leuitici. 19. cum iam antiquatum eſſet proximè eſt innouatum; non inquam placent quia Rogo, vel dicis antiquatum quia non ſeruauatur, & ſic omnia noua ſunt, quorũ obſeruantia inſtaurata fuit, vel quia ignorabatur, & hoc non quia Matth. 22. conſtat Iudæos ſcire illud eſſe maximum mandatum in lege. Neq; placet Heſelius nouũ, & vetus appellans, quia indiuerſis diuerſa operatur, in bonis quidem per nouum Adam. noua operatur ſicut ait Propheta Pſalm. 18. lex Domini immaculata conuertens animas, in malis vero per veterẽ Adam operatur vetera, iuxta id Paul. 1. ad Corinth. 15. Virtus peccati lex, id eſt, lex quæ ſanctos ducit ad vitam obſeruatã Ioan. 12. mandatum Patris mei vita æterna eadem violata impios ducit ad mortẽ veterem, ac damnationem. ad Roman. 4. lex iram operatur ſicut enim ſol oculis nocentibus nocet ſanos mulcet ſic idem mandatum lucidum iuſtos innouat, & inueterem damnationem mittit injuſtos. Sed præterea quam quod Inſolitus eſt modus iſte loquandi in ſcriptura vocãdi quia man-

mandatum vetus, quia ex eo ſumit occaſionem impius inuetuſtate* manendi, neſcio quomodo id ſpeciale ſit charitatis, omnis namque lex idem habet omneque præceptum.

Quare Reſp. dicendũ Mandatum charitatis antiquum eſſe quoad ſubſtantiam nouum quoad perfectionem, quæ omiſsis alijs conſiſtit in arctiſsimo quodam vinculo, quo interſe homines, & cum Deo in vno Chriſto copulantur. Finge diuerſos homines communi ſe hominum amore amantes vnius fieri corporis membra, iam nouum vinculum amoris eſt, ſic orto Chriſto in mundo omnes nos in eo amamus; antea, vt arbores in eodem horto, nunc, vt palmites in eadem vite, & rami in eadem arbore. nunc, vt membra eadẽ anima viuificata Act. 4. cor vnum, & anima vna. antea vt multi homines eiuſdem Reip. Hæc doctrina haud obſcure traditur ab Aug. tract. 65. in Ioan. *Mandatum*, inquit, do vobis, vt inuicem diligatis nõ ſicut ſe diligunt qui corrumpuntur homines, ſed ſicut ſe diligunt, qui Dij ſunt, filij altiſsimi, omnes fratres Chriſti. Quid vult



vult dicere Auguſtin. cum ait quod nos amamus vt Dij niſi quod arctiſsimo vni* naturæ cum Chriſto vinculo conſtricti, nos diligimus iuxta id Ioann. 17. Rogo Pater, vt ſint vnum, ſicut nos vnum ſumus, id eſt, ſicut ego, & tu in natura diuina, idem ſumus, ideoque, idem velle, idemque nolle habemus ſic ipſi vnũ, ſint in me, *idem*, ſapientes idem dicentes omnes. Hoc perfectiſsimum charitatis genus ex hoc motiuo ortum Chriſtus præcatur apud Ioann. Apocalypſis, cap. 17. numero 23. *Ego in eis, & tu in me, vt ſint conſummati in vnum*, idem, vt cum Pater cum Chriſto vnum ſit, & Chriſtus etiam vnũ ſit cum diſcipulis, diſcipuli etiam per conſequens, vnum cum Patre, & Deo ſint, quæ erit conſummata vnitas. quia cum ſint vnum vnitertio, vnum erint interſe. Sic intelligo id eiuſdem capitis, *Vt dilectio qua dilexiſti me in ipſis ſit*, Et ego in eis, id eſt, vt Auguſtin. Cyril. & Beda, vt facti per fidem, & charitatem mecum vnum corpus: ea dilectione, qua me dilexiſti eos diligas, cum enim ego, & illi vnum ſimus non poteſt dilectio tua, quia circa me eſt,

D non

non eſſe circa illos. Huc expectat modus loquendi Pauli cum fratres vocat in Chriſto in Epiſtola ad Philemonem, Paulus fruetur Philemone in Domino, ideſt, gaudebit eo in Chriſto ei vnito per charitatem, ibidem vocat Epaphiam concaptibum ſuum in Chriſto Ieſu, ſumpta comparatione ab vnione, quæ eſt inter palmites, omnes. in vna vite, ſicut ad Romanos 16. num. 1. hoſpitem accipere in Domino eſt accipere eum ea qua decet Chriſto adhærentem charitate, vt ipſe explicat commendo vobis Fæben, vt eum ſuſcipiatis in Domino digne ſanctis. Hunc ſenſum explicant ſequentia verba, *Quod verum eſt in ipſo, & in vobis*, vbi illud rellatibum, *quod*, non refert mandatũ, Entole, enim Græcè eſt fœmenini generis, ſed refert integram orationem, ſcilicet nouum eſſe mandatum, quod verum eſt in Deo, qui nouo iam titulo, & vinculo nos diligit, & nos nouo etiam titulo Deum ipſum diligimus, vt Dei filij in Chriſto, & fratres inuicem in eodem. id deniq; verba illa indicant; *Quia tenebræ tranſierũt, & verum lumen iam lucet*, in noctis tenebris lumen



lumen eſt aliquando, ſiue ſtelarum lucẽtium, ſiue accenſorum luminum, at in die verum lumen, ſolis ſcilicet, lucet, ſic quondam multa erãt amoris motiua, ſiue quia vna gens, vnusque Populus erant, ſiue ex accenſis benefactorum luminibus, ſed nunc illuſtrius lumen, id eſt, clarius motiuum amoris, quod, ſcilicet Deus noſter frater ſit, lucet. Sicut enim lumen viſibile reddit obiectum, ſic amoris motibum amabile reddit & gratum. Dicuntur autẽ illa motiua tenebræ & tranſiiſſe, quia in huius comparatione non lucent, ſed inſtar ſiderum, orta luce obſcurantur, vt omnia in lucem clariorem tranſeant, id quod cõfirmatur ex vi vocis tranſierũt Pagas, Græcè propriè eſt de vili ſtatu in magnũ tranſire, & in maiorem dignitatem promoueri, vt ex Chryſo. refert Theſaurues.

## NOTATIO POSITIVA.

CIRCA vocem *illam chariſsimi*, qua quia primum hic vius eſt Ioann. qui eam habuit valde familiarem, quid propriè ſignificet perpendamus, & quidem primo

primò, hac voce ſignificatur rẽ eſſe amãtiſsimã, adeò, vt quod chariſsimũ eſt, dicitur dilectio ipſa dicatur, vnde quod legimus. Cantic. 6. numero 7. *Quam iocunda facta eſt chariſsima,* Septuaginta legunt quã iocunda facta eſt dilectio, & Prouerb. 3. numero 19. vbi dicimus *cerua chariſsima,* Septuaginta & Auguſtin. lib 83. quæſtio. 71. legerunt cerua amicitiæ. & quoniam nepotes maximè chari, ſunt quod Cãt. 5. numer. 5. legimus, inebriamini chariſsimi Septuaginta dixere nepotes. Et quoniam inter fratres, qui legitimi ſunt eisdem parentibus nati plus ſe diligunt, ideò vbi Eccleſi. 7 legimus fratrem chariſsimum auro non ſpreueris, Septuaginta dixerũt fratrem legitimum non commutes, auro Sophir. Et quoniam inter fratres eisdem parentibus natos, qui vterini ſunt eodem partu in lucem edditi, vt ſimilimi ſic ſunt amantiſsimi, ideo vox Græca, quæ chariſsimum ſignificat, qua nunc vtitur Ioannes eſt Adelphos, id eſt, frater vterinus. adictione Delfos pro vtero, vt videbis in theſauro vocat ergo Ioannes ſuos vterinos fratres, tum quia nos omnes Deus



Deus genuit vnico verbo veritatis, & Chriſtus nos omnes vna in cruce pepe-rit. Et vt myſteria in ipſis vocibus quibus ſcriptura vtitur latentia cognoſcas aduertione hanc vocem Delfos non ſignificare ſolum eos, quibus communicationes erant parentes, ſed quibus ſtirps, & generis radix eſſet communis, iuxta morem etiam Hebræorum, vt patet ex capit. 13. Matth. de Chriſti fratribus, & in Geneſi de Abraham, & Loth, cum ergo nouitatem charitatis in eo Ioann. poſuerit, quod nos vnum ſimus in Chriſto noſtri generis capite eos vocat chariſsimos, ideſt, ab vno principio natos, quos ad charitatem in Chriſto hortatur.

Circa vocem illam, *nouum*, Græcè eſt Chinos, res ſine exemplo, & in audita, Chinochinos, deſignabunde, que haze reparar, y todos la ſeñalan con el dedo, ſic Chriſti charitatis præceptum orbi fuit portentum, & monſtruum.

*Qui dicit ſe in luce eſſe, & fratrem ſuum odit in tenebris eſt vſq; adhuc, qui diligit fratrem ſuũ manet in lumine, & ſcandalũ in eo non eſt. Qui autem*

*autem odit fratrem ſuum in tenebris eſt in tenebris ambulat, & neſcit quo eat, quia tenebræ obſcæcauerunt oculos eius.*

## *EXPLANATIO LITERAE*

POSTQVAM charitatem apriori commendauit quia ſcilicet mandatorum eſt præſtantiſsimum eandem nunc laudat à poſteriori, ſcilicet ab effectibus charitatis, & ab incommodis odij.

Commoda reuocantur ad duo capita manere in lumine, & ſcandalum non habere. In commoda ſunt tria in tenebris eſſe, ambulare & neſcio, quo eat, odientem. Explicentur ſingula.

Et primò, in lumine manere Euchumenius exiſtimat eſſe manere in dilectione, ſed neſcio quid ſit, qui diligit manet in dilectione alij aliter. Ego autem exiſtimo manere in lumine eſſe perſeuerare in gratia, & Dei lege, quaſi dicat Ioannes 1. charitatis excellentiam eſſe perſeuerantiam in Dei lege, quæ perſeuerãtiæ in charitate annexa eſt, poteſt quis perſeuerare in fide, & ſpe, & non perſeuerare



uerare in gratia, ſed ſi diligit, manet in gratiæ lumine. Adde dilectionem proximi viam quaſi omni vitio intercludere, & eam omni virtute aperire, is enim, qui diligit non occidet, non detrahet, &c. Corrigi ſe ſinet, & exortari, ea fruetur ſuauitate, quæ cuncta reddat facilima. Ad Romanos 13. numero 8. *Qui diligit proximũ legit impleuit*, & confirmatur ex illo Ioann. 17. numero. 11. *Pater ſancte ſerua eos, quos dediſti mihi; vt ſint vnum ſicut, & nos.* Et ſequor Cyril. id eſt, virtute tua, & potentia fac eos in gratia perſeuerare, & quia ad id efficatius medium eſt concordia, addit peto, vt ſint vnum. Siue dicas cum Theophilact. quaſi hoc ipſum ſit eos conſeruare, efficere, vt vnum ſint inter ſe ecce charitas conſeruat gratiam, quod vero conſeruet fidem conſtat Ioannis. 17. *Rogo vt ipſi nobis vnum ſint, vt credat mundus quia tu me miſiſti*, & ſequor expoſitionem Theod. Heraecliotæ, ac Leontij, id eſt, vt cũ fide vnum inter ſe, nobiſcumq; fuerint vniti, intelligant me tuo conſilio, ac voluntate factum eſſe vnum cum ipſis, & ex ipſa experientia, & quaſi guſtu mutuæ

 inſ-

in fide concordiæ cognoſcant non fuiſſe rẽ innanem incarnationẽ meam ſed magno fructu, & Patris conſilio. Hæc deniq; vnio facit in ſpei lumine manere, quis enim ſolus mare traijceret, quim animo defficeret? at multi vniti alacri animo ſpeque vigent. in omnium denique virtutum lumine manet, vide Gregor. Mag. libr. 29. cap. 19. in cap. 38. Iob. Qui ſic explicat id ad Coloſ. 3. *Super omnia charitatem habentes, quod eſt vinculum perfectionis,* quia omne, inquit, bonum quod agitur per charitatem ne pereat ligatur, & prebet infra rationem, ſi mens Dei, ac proximi dilectione conſtringitur, cum tentationum motus quælibet injuſta ſuggeſſerit obicem ſe illis ipſa dilectio oponit, & prauæ ſuaſsionis vndas virtutum oſtijs ac virtute intimi amoris frangit, cap 20. Probat omnia vitia vna charitate euelli, & lib. 10. cap. 1. & 2. in cap. 11. Iob. probat omnes virtutes eadem plantari ergo bene Ioannes ait qui diligit in gratiæ fidei, ſpei, & virtutum lumine manet.

*Et ſcandalum in eo non eſt*, ommiſſo Echumenio, qui ſic interpretatur in ipſo amore ſcandalum non eſt (no es amor tranpoſo ni fingido) Not. ſcandalum dici Græcè teſte Nac. à ruina quod occaſio ſit cadẽdi, ſi quid obſtet eunti. Hinc Matth. 16. Obſtaculo mihi es. inde enim ſcalandia, id eſt, ligna curba laqueorum quibus ferè incidentes detinentur, indeque ſcalandio, id eſt, paxillus qui in emuſciplis erigitur.

Hos ſuppoſito ſunt qui vocem hanc ſcandalum paſsiuè ſumant, id eſt, nullã accipit occaſionẽ cadendi, vt Claud. ſunt qui actiuè nullam dat cauſam offenſionis vt Gagneius & Heſelius, Mihi cum Caietan. placet vtrumque (el que de veras ama en nadie trompieça, ni nadie trompieça en el) vtrumque enim veriſsimum eſt de primo numero, conſtat Prouerb 22. numer. 25. nolli eſſe amicus homini iracundo, neque ambules cum viro furioſo ne forte diſcas ſemitas eius, & ſummas ſcãdalum animæ tuæ (qualquiera coſita atraueſada en las eſtrechas ſendas de tu cortico coraçon, te hara tropeçar) ſic etiam de impio dicitur Eccleſi 27. in verbis tuis dabit ſcandalum, vel, vt Vatablus legit dicta

dicta tua vocauit inuidiam, vel, en quanto hablares, hallara el mal intencionado, en que trompeçar, y quando hablares mejor, alli hallara, ſino que murmurar, alo menos que imbidiar, & de ſapiente dicitur Eccleſi 32. numer. 2. Sapiens mandata & juſtitias diligit, & nō illidetur, quaſi in procela nauis (al que ama todo es mar en leche, ſin vagios, ni peñaſcos.) De ſecundò etiam, ſcilicet, non eſt ſcandalum in eo, nadie trompieça en el) id optabat ad Romanos 14. numero. 13. Apoſtolus *Hoc iudicate magis ne ponatis fratri offendiculum, vel ſcandalum*, quod, & Corinthios monet Epiſtola 1. cap. 10. numero. 32. *Sine offenſione ſtote Iudæis & Gentibus Eccleſiæ Dei*, quod Epiſtola 2. cap. 6. numero 3. explicat, neminidantes vllam offenſionem (ſin dar occaſion ànadie de tropeçar.) Optimè ergo vox ſcandalū ſumpta eſt equiuoce ad vtrunq; ſignificandum, quēadmodum Eccleſi, 7 num. 6. eadem vox equiuoce ponitur ad duo etiā ſignificāda. *Noli quæri fieri judex niſi valeas virtute irrūpere iniquitates ne forte extimeſcas faciem potentis, & ponas ſcandalum iniquitate tua*, ſic enim legitur



gitur in correcta, id eſt, (no tropiece tu equidad) vel *in agilitare tua*, vt in antiqua (no tropiece tu buen expediente) vel (los que vieren tu juſticia, no hallen eſta china en que reparar.)

His adde poſſe hæc verba Ioan. ſummi etiam, vt declarēt ſupra dicta deperſeuerantia in gratia, quaſi dicat, manebit in lumine, quia non habet ſcandalum, ſtabit quia non eſt vbi cadat iuxta id Prouer. 4. *Non arctabuntur greſſus eius, currens nō habebis offendiculum*, quia feruidus diligenſque amor expeditam reddit mandatorum viā iuxta id Prouerb. 15. *Iter pigrorum quaſi ſepes ſpinarum, & via iuſtorum* (ſiue virilium vt Septuaginta) *abſque offendiculo*, cum tamen idem legis iter ambulet vterque. Denique precipuè arridet: ſi dicas qui diligit non ſolum manet in gratiæ lumine, ſed, peccatis leuibus, & venialibus fere caret, quorum maior copia ex deffectu charitatis oritur, ſic enim peccata venialia vocantur Eccleſi. 27. num. 22. *Relinque peccata tua*, ſcilicet, grauia, *præcare ante faciem Domini, & minue offendicula*, ſcilicet leues offenſas.

Vidi-

Vidimus charitatis commoda, Odij incommoda perpendantur, *in tenebris eſt, in tenebris ambulat neſcit quo eat*, alijs omiſſis expoſitionibus intenebris eſſe idem eſt, ac eſſe in peccato, vt vidimus, cap. 1. *Intenebris ambulare eſt perſeuerare in peccato*, ſic enim Pſalm. 8. *Neſcierunt neque intellexerunt intenebris ambulant*, id eſt, perſeuerant, vt Euthim. ibidem. & Iob. 24. *Sic intenebris quaſi in luce ambulant*, (no ſe recogen con la noche, ſino andan como de dia, en ſus negocios) ait ergo Ioannes eum qui odit in peccato eſſe, & in eodem perſeuerare, nulla nanque paſsio ſic tenaciter adhæret animæ manetque alta mẽte repoſita, ac odium, & neſcit quo eat ſcilicet ad tenebras alias exteriores, vbi vna tenebrarum catena erunt colligati Sapientiæ 17. & Iudæ, num. 2. & 2. Pet. 2. numer. 17.

Vel cum nomine *tenebrarum* intelligãtur peccata, huius vitæ ſupplitia, mentis errores, ac denique pœna æterna ſenſus erit (el que aborrece todo, eſtà lleno de tinieblas de culpa, de pena tẽporal y eterna) vel, denique in tenebris intus eſt paſſionem



ſionum plenus in tenebris conuerſatur cum alijs litibus abundans, & tandẽ neſcit ſe per tenebras ire in gehennam Prouerb. 4. numero. 19. via impiorum tenebroſa neſciunt vbi corruant.

*Scribo vobis filioli quoniam remittuntur vobis peccata propter nomen eius, ſcribo vobis Patres, quoniam cognouiſtis eum qui ab initio eſt ſcribo vobis adoleſcentes, quoniam viciſtis malignum ſcribo vobis infantes, quoniam cognouiſtis Patrem, ſcribo vobis iuuenes, quoniam fortes eſtis, & Verbum Dei manet in vobis, & viciſtis malignum.*

## *EXPLANATIO LITTERÆ.*

NE exiſtimes ſcopas diſolutas attende contextum, & mirabile artificiũ. Cum Ioan. de ſignis perſeuerantiæ & de eo inquo perſeuerantia conſiſtit egiſſet, nunc ad ſingulos Eccleſiæ ſtatus deſcendens, ſingulis proponit, quid vnũ quenq; excitare debeat ad perſeuerandum, quod quinq; clauſulis amplectitur. in prima cunctos

cunctos fideles aloquitur incõmuni in 2, ꝓvectos & Magiſtros quos Patres appal-lat. in 3. ꝓficietes quos dicit adoleſcẽtes, in 4. incipiẽtes, quos vocat infantes. in 4. ſcriptura regredditur ad proficiẽtes, quibꝰ cũ quia maiõr eſt eis difficultas, bis loqui-tur, pluraq; adhibet motiua. explicẽtur ſingula breuiter, & ſuppono nõ de etate corporali, ſed ſpirituali Ioann. loqui, & Præter Aug. & Euch. Gloſ. & Antiquorũ expoſitionẽ, ſufficiat Orig. nõ ſolũ hom. 9. in n. circa c. 17. ſed hom. 1. in Cant. his verbis. *E videns* (inquit) eſt neq; ab vllo arbitror õnino dubitari, ꝙ pueros Ioán. adoleſcẽtes, vel, iuuenes vel etiã Patres ſecũdũ animæ nõ ſecundũ corporis appellet ætatẽ juxta, quod Pau. 2. ad Cor. 3. Paruulꝰ erat, & poſtea factꝰ eſt vir, & ad Effes. 4. donec occurramus oẽs in virũ perfectũ in mẽſuram ætatis plenitudinis Chriſti. hæc Orig.

Hoc ſupp. 1. *clauſula ſcribo vobis filioli qm̃ remittantur peccata*, cõmuniter reffertur ad ſpirituales pueros, vulgo incipiẽtes ſed certe ſic nullus ſeruaretur ordo. 1. incipiẽtibꝰ 2. de perfectis. 3. de medijs, & 4. de incipiẽtibꝰ ageretur. melius ergo videtur. 1. clauſulã ad fideles oẽs ſe extẽdere quos ad per-

ſeueran-



ſeuerantiã hortatur qm̃ remittũtur peccata, quaſi dicat, *auiſoos q̃ lleuays bien pueſto vr̃o negocio, no lo dexeys de entre las manos*, nõ remiſſa dixit dᵒ remittũtur, quoniã ſẽper in Eccleſia remittũtur, nõ ſemel tãtũ in baptiſmo, vt putabãt Nouatiani. Dixit *ꝓpter nomen eius*, quia nõ nr̃is meritis ſed Chriſti quẽ vocat *eum*, ſiue in amoris ſignũ, vt cũ ſpõſa, *vbi eſt quẽ diligit aĩa mea*. & Magdalena. *Si vidiſtis eũ nulli*, poſito ãtecedẽte. quẽadmodũ in ꝓpter odiũ aliquãdo noẽm ꝓpiũ ſupprimitur, vt Pſ. 15. *Nõ cõgregabo cõuẽticula eorũ nec memor ero nominũ eorũ per labia mea*, cũ nullos noiaſſet, vt bene ibi Genebr. vel *ꝓpter nõẽm eius*, quod Hebræis eſt quod apud nos, *ſu Mageſtad*, & intelligimꝰ regẽ nullo alio addito, quia nullꝰ aliꝰ eſt in regno, cui nomen majeſtatis cõveniat, ſic in nomine eius, ideſt, in Xp̃o, vel. Deo, *porq̃ no ay quiẽ tẽga nõbre, ni gloria deveras, ſino el*. ſic. n. per excellentiã Xp̃us vocatur nomẽ Iſa. 30. *Ecce nomẽ Dei venit de lõgiquo*, vbi Hebræ. Gloſa legit, *filius Dei*, & c. 63. *Tu, inquit, es Iehouah Pater noſter, Redẽptor noſter à ſeculo nomen tuũ*. addũt Septuag. à principio nomen tuũ ſuper nos erit, ideſt, ab initio dictũ eſt, erit Chriſtus. ¶ Circa 2. *Clauſulã ſcribo vobis Patres, quoniam cognouiſtis Deum*

loqui-

loquitur cum viris perfectis quos Patres appellat, ſiue quia honoratiores, ſiue aliorum Magiſtri, quos in Chriſto genuerũt, Hos hortatur ad perſeuerandũ quia Deũ cognoſcunt, quaſi dicat, Teneys larga eſperiencia de quien es Dios, y mucha noticia de ſus coſas, ſicut enim beati in cœlo quia Deum vident peccare neque Phyſicè poſſunt, ſic perfecti, quia maiorem Dei cognitionẽ habent minus moraliter peccare poſſunt ſicut enim Iob 32. numer. 7. *In antiquis eſt Sapientia, & in multo tempore prudentia*, & alibi, *ſperabam quod ætas prolixior loqueretur, & annorum multitudo doceret ſapientiam*, ſic Patres, & ſeniores in ſpiritu maiorem Dei cognitionem habent.

Circa tertiũ, *ſcribo vobis adoleſcentes, quoniam viciſtis malignum*, Proficientes aloquitur qui in viritute adoleſcũt, quaſi dicat, vays ya de victoria ſeguid el alcance, al enemigo, turpe nanque eſt à victo vinci. quemadmodum Paul. ad Hebræ. 10. hortans ad perſeuerantiam fideles, *Rememoramini*, inquit, *priſtinos dies in quibus illuminati magnum certamen habuiſtis, &c.* Noli te itaque ammittere confidentiam veſtrã pues aueys vencido, no perdays el aliento de deproſeguir la victoria.

Quartò, denique infantibus, vel incipientibus ſuadet perſeuerare, quia cognouiſtis Patrẽ, id eſt, experti eſtis delitias quas Deus tanquam Pater ellargitur incipientibus ſicut ad Hæbr. 6. *Impoſsibile eſt eos qui ſemel illuminati guſtauerunt etiam donum cæleſtè, & participes facti ſunt doni Spiritus Sancti, & guſtauerunt bonum Dei Verbum*, id eſt, dulce & ſuaue, vt Prouerb. 12. (*Mæror incorde viri humiliauit illum, & ſermone bono lætificabitur, id eſt, hilari*) & prolapſi ſunt, rurſus renouari ad pœnitentiam, id eſt, omiſsis alijs expoſitionibus tantũ crimen eſt eos qui à Deo tam blande tractabantur Deũ diſerere, vt ſit moraliter impoſsibile eos reduci ad gratiam, etenim ſi tentati deffeciſſent nil mirum, ſed delitijs affecti id certe Dei abundantiſsimorum auxiliorum venã obſtruit, & hominis malignum dennotat ingenium.

Sed quia in his vitæ ſpiritualis ætatibus nulla eſt difficilior iuuentute, quia ſicut incorporali ij certamina inneunt laboreſque ſubeunt, ſic proficientes, qui à

E pue-

puerorum delitijs exierunt, & ſenum maturam cognitionem nõ dum ſunt adepti lapſui ſunt magis expoſiti. ideo quinto ad eos Ioannes regreditur, ſicut medicus qui plus periclitantem infirmum iterum atq; iterum viſitat. *Scribo vobis iuuenes, &c.* y porque podian dezir, no podemos mas, es el enemigo fuerte, noſotros hombres flacos, y Dios nos a dexado, his Reſpondet Ioannes, *fortes eſtis*, Dei ſcilicet auxilijs non ab eo deſtituti, Dei Verbum manet in vobis neque hoſtis eſt adeò fortis Nam *viciſtis malignum, &c.* quibus aſſonat Paulus 1. ad Corint. 1. *Fidelis Deus, qui confirmauit vos vſq; in finẽ ſine crimine*, vbi illud, *confirmare*, eſt in gratia cõſeruare, vt 1. ad Theſ. 3. n. 13. *Ad confirmanda corda veſtra, ſine querela, & ſenſus eſt*, Deum quantum eſt ex ſe omnes homines fortes efficere, vt perſeuerent, ſine crimine ſicut. 2. ad Theſ. 3. n. 3. *Fidelis Deus qui confirmauit vos,* & cuſtodiet à malo, ideo ſubdit Ioann. & Verbum eius manet in vobis, id eſt, cumplira la ley de buen amigo, de que por ſu parte no quiebre la amiſtad.

*Nolite*



*Nolite diligere mundum neque ea quæ ſunt in mundo, qui diligit mundum non eſt charitas Patris in eo quoniam omne, quod eſt in mundo concupiſcentia carnis concupiſcientia oculorum ſuperbia vitæ, quæ non eſt á Deo, & mundus tranſit, & concupiſcentia eius qui autem facit voluntatem Dei manet in æternum.*

## EXPLANATIO LITERAE.

NON ſatisfaceret Ioannes muneri ad perſeuerantiam hortantis ſi impedimenta ad perſeuerandum, vt vitarentur non proponeret, quod in præſenti docet mundumque volentibus in gratia perſeuerare fugiendum ait cum omni eius concupiſcentia.

Nomine autem *mundi*, non intelligit rerum creatarum mollem, vt Ioann. 6. mundus per ipſum factus eſt nõ hominũ vniuerſam multitudinem, vt 1. ad Cor. 1. *Ignobilia mundi ellegit Deus*, non particularem bonorum communitatem, vt Ioán. 6. dat vitam mundo, id eſt, electis non malorum turbam, vt ad Hebræ. 10. *Noe aptauit arcam in ſalutem domus ſuæ per quam*

 *damna-*

*damnauit mundum*, id eſt, ipſi viſa ea damnari ſunt, & 1. ad Corinth. 6 *An neſcitis quod nos, &c.* nomine ergo, *mundi*, cõmuniter intelligitur rerum fluxarum colluvies, & morum corruptorum peruerſa natio ſic ad Galat. vltimo. *Mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo*, item, *non eſtis ex hoc mundo*, id eſt, ex eorum numero, qui mundana tractant, & 1. ad Corinth. 2. *Non ſpiritum huius mundi accepimus, qui ex Deo non eſt*, Quaſi dicat, moralis iſte mundus nõ eſt à Deo conditus, ſed à dæmone. Vnde vt Corinthum malorum omnium parentem Paulus nominaret eam mundum appellat. 1. ad Corinth. 8. *Nihil eſt idolum in mundo*, vt Chryſoſtom. ibidem. Bene hæc. Ego vero exiſtimo nomine mundi multorum turbam, & hominum multitudinem intelligi, vt cum dicitur totus mundus poſt eum abijt, id eſt, maxima multitudo. docet itaque Ioann. non multorum; ſed paucorum iter amandũ (No os vays tras los muchos, ni por el camino mas trillado, ſino por la ſenda de los pocos cuerdos.) Huiuſmodi enim facientem beatum appellat Dauid Pſalm. 1. *Beatus vir*



*vir qui non abijt in via peccatorum propriè eſt orbita iterque tritum* (no ſe dexo lleuar del hilo de la gente) vnde ille Cruzius. *Oter beatum conſiliantibus, qui non adhæret credulus impijs. Non orbita vadit malorum.* Quod conſilium ſemper Deus ſuis præbuit Exod. nanq; 23. Cum iudice loquens, *ne ſequaris turbam ad faciendum malum, neque in iuditio plurimorum acquieſcas*, quaſi dicat, (no te dexes lleuar de la corriente de los muchos, ni tras el hilo de la gente, procura ſer recto, aunque ſea ſolo tu voto) ſic etiam Eccleſi. 7. num. 17. *Non te reputes in multitudine indiſciplinatorum*, id eſt, juxta Græcũ nõ te cõputes, aut cõputari ſinas in multorũ numero (no des tu nõbre en la liſta de los muchos) Semper enim paucíſsimi boni fuerunt. non ex mundo, id eſt, ex multitudine, quod 4. Eſdræ, cap. 8. ſatis exprimitur. *Dicam coram te ſimilitudinem Eſdra dabit terram multam vnde ſiat fictile puluerem, autem parum, vnde fit aurũ ſic multi creati ſunt pauci autem ſaluabuntur*, Quod & ipſi ethnici ſatis aperte tradiderunt quis enim non miretur Virgilium libr. 6.

 *Pauci*

cōncupiſcentiæ carnis lapidem in panem conuertendum proponens, obiectum cō. cupiſcientiæ oculorum dum experiundi cauſa an angelorum manibus ſuſtentur ſuadet, vt ſe demittat deorſum. Obiectum ſuperviæ vitæ dum regna mundi pollicetur?

Sed non placet quia non Ioannes obiecta iſta vituperare vult, cum ex ſe bona ſint, & nomen concupiſcientiæ nō tam obiectū quam propenſionē ad illud ſignificare videtur. Ideo alij nomine cōcupiſcientiæ. ad hæc obiecta propenſionē intelligunt, per concupiſcientiam carnis facultatem, ſiue actum inordinatum circa obiecta guſtus, & tactus; per concupiſciētiam oculorum rationalem potentiam inordinatam circa diuitias, ſpectacula, & omnia curioſa, per vitæ ſuperbiam iraſcibilem facultatem inordinatam, & eius actus ad excellentiam tendentes, quo triplici morbo laboraſſe dicunt primum Adamū, vt ſibi ſuisq; mortem afferret; concupiſcientia, ſcilicet carnis guſtando pomum, concupiſcientia oculorum videns quod pulcrum eſſet aſpectuque delectabile, ſuperbia



perbia vitæ dum voci ſerpiētis aures præbuit eritis ſicut dij. Sed certe non tam videtur Ioannes hic deſcribere, quidquid eſt in homine quā quod eſt in mundo, deberet enim etiam meminiſſe aliorum malorum, quæ ex timore etiam oriuntur, cū teſſe Auguſt. in id Spal 79. incenſa igne, & ſuffoſa omnia peccata, aut ex timore deprimente, aut ex concupiſcientia inflamante oriatur.

Quare exiſtimo hic recenſeri ea exercitia, circa quæ maior hominum pars, quā mundum Ioann. appellat, & quam non diligere ſuadet, verſatur, quæ ſunt tria voluptas, auaritia, ambitio, circa quærendas delitias, opes, honores, vt Bernardus hunc locum explicat in declamatione de bonis ſpecialibus, quæ quidem tria mundi mala ingenioſus quidam Apocalyp. interps in triplici illius beſtiæ ſpecie quam idem Ioann. Apocal. 13. deſcribit è mari aſcendentis agnouit, beſtia enim quam vidit ſimilis erat pardo, & pedes eius ſicut pedes vrſi, & os eius ſicut os Leonis vbi varius pardi color oculorum concupiſcientiam; vrſus melis appetens concupiſcientiam

ſcientiam carnis Leo animantium rex ſu: perviam vitæ ſignificat.

Sed rogabis primò, quid propriè ſuper via vitæ ſignificaret? cõmuniter faſtum, & ambitionem vitæ præſentis ſic enim Euchum. legit faſtus vitæ Cyprian. lib. 3. ad Chriri. & tract. de mortalitate ambitio ſeculi, & Bern. declamatione de bonis deſerendis. ſed certe neſcio quid magnum ſic de ſupervia diceretur, quaſi concupiſcientia etiam non ſit huius vitæ. Quare exiſtimo hic indicari immortalem ſupervia paſsionem, ſicut enim Apocalyp. 2. *Dicitur dabo tibi coronam vitæ,* id eſt, æternã & Iacobi. 1. accipiet coronam vitæ, id eſt, perpetuam, & fons vitę dicitur perennis, & inexauſtus ſic ſuperbia vitæ, quæ ſemper vixit nunquam morietur, vixit in cœlo, vixit in paradiſo, vixit in Collegio Apoſtolico, viuet in finem ſeculi cum puero naſcitur, adoleſcit cum iuvene, & non ſeneſcit cum ſene neque cum mortuo moritur, *ſuperbia eorum.* (Pſal. 73.) *qui te oderunt aſcendit ſemper* (Siempre es moça, nũca envegece, imo poſt mortem ſupervi ipſa ſupervia in monumentis, & titulis, & ſepulchrorum tropheis viuit, concupiſcientiam carnis extinguit ætas concupiſcientiam oculorum multi repræſerunt Philoſophi, (Pero la ſouerbia es ſiempre de vida,) immortalis erit, & perpetua.



Rogabis ſecundò, cur non faciat mentionẽ iraſcibilis, quæ eſt in mũdo? an quia de his, quæ amanda non ſunt in mundo agit, vnde ſolum commemorat, quæ bona diliguntur in mũdo? an quia concupiſcientia radix eſt iraſcibilis teſte Iacob. ca. 4. *Vnde lites in vobis nonne ex concupiſcentijs veſtris? concupiſcitis, & non habetis occiditis, & Zelatis,* quod aliquis ponderabit in eo Cant. 1. *Filij matris meæ pugnauerum aduerſus me* (*vtque ego pacem haberem*) *poſſuerunt me cuſtodem inuineis vineam meam non cuſtodiui.* Quaſi dicat, concupiſcientia ceſſante ceſſauit & iraſcibilis, quod in præſenti loco Ioan. ſignificauit Ephren Sirus to. 1. Paren. de Beat. eſt, inquit, belli occaſio, cupiditas pulchritudinis, ſunt belli occaſiones diuitiæ ideo Ioann. &c.

Rogabis tertiò, cur ambitionem non per concupiſcientiam honoris expreſerit ſed

ſed per ſuperviæ nomen? an quia, vt benè Hugo concupiſcientiæ reliquæ ſunt iuxta viam naturæ humanæ, quanuis inordinatæ ſint, ſuperbia verò non eſt iuxta viam naturæ humanæ non enim, vt habetur in Eccleſiaſtico. *creata eſt*, nationi hominum ſuperbia, neque iracundia naturæ mulieris, id eſt, longè ab eſt à molli natura mulieris ira, & ab humili natura hominis ſuperbia. No ſe hizo para el hõbre el engreymiẽto, aun ya a los Angeles parece les vino nacido.

Rogabis denique quid ſit illud, *quæ non eſt à Deo*, & quidem ſiue id de ſupervia ſolum dicatur, quod magis videtur quadrare vulgatæ, ſiue de omni quod eſt in mundo, quod textui græco, Auguſtino, & antiquis videtur eſſe confirmius, non eſſe à Deo, tria poteſt ſignificare. primum, Deũ non velle neque illi placere ſuperbiam, aut mundum ſic enim eſſe à Deo in ſcriptura eſt Deum aliquid velle. vt 1. Paralipon. 5. num. 22. *Vulnerati enim multi corruerunt*, fuit enim bellum Domini, vel à Domino, id eſt, quod Deo placuit, & Hieremiæ. 51. num. 53. *Si aſcenderit Babylom in*



*in cœlum, & firmauerit in excelſo robur ſuum à me venient vaſtatores eius*. id eſt, ego mittam, mihique placebit vaſtatio: ergo ſuperbiam, vel quod eſt in mundo non eſſe à Deo, eſt non illi placere huiusmodi inordinatas paſsiones. cumq; Ioannes cum ijs agat, qui Deũ diligunt benè eos auertit ab eo quod ei quem diligunt non placet. ſecundo, eſſe ab aliquo, eſt aliquem imitari, vnde apud Ioann. infra, *Qui peccat ex Diabolo eſt*, id eſt, illum imitatur, vt parentem filius, & cap. 3. *Qui ex Deo natus eſt non peccat, &c.* Quare ſuperbia non eſt à Deo, id eſt, non Deum imitatur humilitatis auctorem. tertio deniq; ex aliquo eſſe apud Ioannem eſt ex illius factione eſſe, eius partes agere, ſub eo militare, vnde infra, cap. 4. numer. 4. *Vos ex Deo eſtis, & viciſtis eum ipſi de mundo ſunt, &c.* & infra. *Nos ex Deo ſumus qui nouit Deum*. audit nos, &c. Ergo ſuperbiam, & concupiſcientiam ex Deo non eſſe ſed ex mũdo erit, que no es del vando de Dios, ſino del vando contrario, cui conſonat Iacob. vbi ſupra ex *concupiſcentijs veſtris, quæ militant in membris veſtris pro mundo*, ſcilicet ex cuius

cuius factione ſunt, & 1. Petr. cap. 2. numer. 11. *Abſtinere vos à carnalibus deſiderijs, quæ militant aduerſus animam*, ecce concupiſcientiæ non ex Deo, & eius factione ſed ex mundo ſunt.

Tertium Malum commemorat, *Mundus tranſit, & concupiſcentia eius*. Vox Græca tranſit eſt à verbo Plarago, quæ propriè ſignificat tranſire ſe ducendo, ac ſe ſe ſub ducendo (como juego de paſapaſa,) quo verbo vſus eſt Paul. 1. ad Corinth. 7. cum dixit, *Præterit figura huius mundi* (todo eſte mundo es juego de paſapaſa) vnde concupiſcientiæ quæ hic dicuntur tranſire decipiendo dicuntur à Paulo ad Eph. 4. numer. 22. *Deſideria erroris*, vel vt Græcè, *cōcupiſcientias* deceptionis, quia nos decipiunt. Secundus ſenſus eſt (el mundo, y ſus coſas paſſan de mano en mano, y lo que eſte oy cudicia, y tiene, mañana lo cudiciara otro, y lo tendra) ſic Apocalyp. 18. numer. 14. *Dicit Angelus Babyloni poma deſiderij animæ tuæ diſceſſerunt à te, & omnia pinguia, & præclara perierunt à te, & amplius illa iam non inuenient*, quaſi dicat, quę tu deſiderabas à te ad alios receſſerũt. Tertius



Tertius ſit, *Mundus tranſit, & concupiſcientia eius*, id eſt, cum iam conſequi vult homo quod optat, da vn ſalto la coſa, y ſe le eſcapa. Nunquam mundanus potitur optatis, qua ratione peccator venatori comparatur qui nunquam venatione fruitur Prouerb. 12. *Non inueniet fraudulentus* (Beda ſuperbus) *lucrum ſuum* Septuaginta nō fabricabit doloſus captiones Hebraicè non adduret ferinam ſuam, no llegara à aſar ſu caça, ni gozar de ſu trabajo.

Qui tres ſenſus Sapientiæ. 5. Verſic. 8. comprehenditur, *tranſierunt omnia illa tanquam vmbra*, ecce tranſitus decipiens, *& tanquam nuntius præcurrens*. ecce ſecundus quod *enim mihi nunc nuntiat nuntius abit illico nuntiaturus* alteri, *Aut tanquam nauis, vel rauis, vel ſagitta, quæ nullum itineris veſtigium relinquunt in medio*, ecce tertium omnia enim tranſeunt neque veſtigium relinquentia.

Huic autem mundo tranſeunti opponit facientem voluntatem Dei, quia omnis concupiſcentia, & omne quod eſt in mundo eſt propriam voluntatem facere, quod

quod Eccleſiaſticus ſatis indicauit cap. 18 numer. 30. *Poſt concupiſcientias tuas ne eas & à voluntate tua auertere*, ecce concupiſcentias tranſeuntes, & oppoſitum ſcilicet hominem ſe a propria voluntate auertere quod eſt Dei voluntatem facere. vnde cap. 23. numero. 5. Extollentiam oculorum meorum ne dederis mihi, & omne deſiderium auerte à me, aufert à me ventris concupiſcientias, quibus verbis adiunge lectionem Septuaginta *Giganteam animam*, amoue ſpes inanes, & concupiſciẽtias auerte, & tenebis voluntatẽ tibi ſeruientẽ ſemper; ecce ſuperbiã, ecce concupiſcientias, ecce contra eas animum voluntatẽ ſeruire Deo, id eſt, facientem voluntatẽ Dei. Quid aut ſit Dei voluntatẽ facere, vide apud Cypri. in id orationis Dominicæ, *fiat voluntas tua*, id eſt, juſtitiã colere, &c.

Dicitur hic *Manere in æternum*, à verbo Meno, quod eſt ſtabilẽ perſeuerare, quod intelligi poteſt, ſiue in futura vita Ioann. *Qui ſermonem meum ſeruauerit non guſtabit mortem in æternum*, ſiue de præſenti vita quia concupiſcientiæ ventis haud cõcuſſa iuſti



iuſti domus ſtat firma in æternum, vnde Prouer. 12. numer. 7. *Verte impios & non erunt domus autem juſtorum permanebit.* Septuaginta vbicumque vertatur impius deletur, domus autem iuſtorum permanebant, por todas partes baten vientos de deſſeos al malo, que lo derriban, el juſto tiene firme ſu edificio) & infra numero 12. *Deſiderium impij monumentum eſt peſſimorum* radix *autem iuſtorum proficiet*; quæ, lectione Septuaginta declarantur deſideria impiorum mala id) id eſt, velocia, & breuiſsima, vt cum Dies dicuntur mali, id eſt, veloces) at radices piorum in munitionibus, id eſt, deffendetur, ac durabit. Etenim is qui in Dei voluntate fundatur nunquam à bono deturbabitur, vt de eo dicere poſsis id Eccleſi. 22. *Loramentum ligneum obligatum in fundamento ædificij non diſſoluetur ſic cor confirmatum in cogitatione conſilij* (como vna armazon de tablas bien clauadas, por mas vientos que aya, no ſe deshaze aſsi el coraçon firme reſuelto en ſus intentos) è contra infra, *ſicut pali in excelſis, & cemẽta, ſine impenſa poſita contra faciem venti non permanebunt*;

F

*nebunt, ſic & cor timidum incogitatione ſtulti contra imperium timoris non reſiſtet* ( como caſa de palillos, y cimientos flacos cae al viento, aſsi el coraçon del malo ) qui vero in Dei voluntate fundatur manet in æternum.

*Vnde ſcimus quia nouiſſima hora eſt, & ſicut audiſtis, quia Antichriſtus venit, & nunc Antichriſti multi facti ſunt vnde ſcimus, quia nouiſſima hora eſt ex nobis exierunt, ſed non erãt ex nobis.*

## EXPLANATIO LITERAE.

OBSCVRVM Litteræ ſenſum quatuor dubia profferant. primũ quorſum nunc de hæreticis ſermonem inſtituat? ſecunda quomodo Ioannis tempora nouiſsima hora ſit? tertius, qui ſint Antichriſti, qui iam dicuntur veniſſe? quartum denique quomodo à nobis exeant, & ex nobis ſint hæretici?

Circa primum ſi quis dicat Ioannem motiuũ aliud adhibere ad perſeuerandum ob



ob mortem, ſcilicet propinquam cum vnuſquiſque ſibi ſuadere debeat, illam quam habet eſſe nouiſsimam horam, ducem habet Echum, illiq; fauet contextus preceſſerat enim mundum tranſire cum omni eius concupiſcencia vnde bene infert nouiſsimam horam eſſe & cuiq; preſcriptum vitæ terminum apropinquare.

Siquis dicat Ioannem rationem proponere ad mundum negligendũ ex juditio.

Et ratione reddenda ſumptam, ſequitur Claudium & Gagneium illiq; fauet contextus, & præcedentia facitque hunc locum illi ſimilem qui eſt ad Roman. 13. *Scientes tempus quia hora eſt iam de ſomno ſurgere.*

Siquis dicat id circo Ioannem de hæreticis, & antichriſtis agere, vt quo maior abundat in malis iniquitas eo bonitas magis abundet in bonis videat Heſelium, qui eum ſenſum bene illuſtrat ex Pſalm. 11. Saluum me fac Domine quoniam deffecit Sanctus, quoniam diminutæ ſunt veritates à filijs, & Pſalm. 118. *Tempus faciendi Domine diſſipauerunt legem tuam.* & infra ideo dilexi mandata tua, ideo inquã

ego dilexi quia alij diſſipauerunt.

Ego verò exiſtimo, quod cum Ioann. toto hoc capite ad perſeuerantiam in fide, & charitate ſuadeat, & ad perſeuerandum in charitate, iam ſuos ab amore, & conſortio mundi auerterit, nunc eoſdem ad perſeuerandum in fide auertere conatur ab hæreticis, quorum notas oſtêdit, vt ab eis caueant, & ſic omnia quadrant.

Circa 2. quomodo iuxta Ioannem præſens tempus ſit hora nouiſsima, quidam cunt eam eſſe horam nouiſsimam, quia comparatione ad æternitatem, quod reſtabat temporis fere nihil erat. Cæterum aliud eſt loqui de tempore reſpectu æternitatis, vt loqutus eſt Petrus 2. cap. 1. numero 8. & ſic verum eſt mille annos eſſe ſicut vnam diem, aliud eſt loqui de tempore ſimpliciter, vt debet loqui qui ſimpliciter narrat, & ſic non eſt prudens loqutio ſi dicas, puero in fine vitæ iam es, quia quod reliquum eſt vitæ comparatum æternitati nihil eſt, & præterea parum roboris haberet ratio Ioannis, diceret enim quis quid mea quod tempus ad



ad æternitatem nihil ſit ſi tamen mihi plurimi reſtant anni.

Ideo Echum. per horam nouiſsimam intelligit opus poſt Chriſtum, quia ſi tempus diuiditur in primum, medium, & extremum, quod excedit medium, etſi incipiat extremum dicitur, & quoniam tempore aduentus Chriſti præceſſerat iam media decem mille annorum congeries, ſi quidem eius in terram aduentus, anno fere quinquies milleſsimo, fuit, quidquid ab hoc ſequitur recte nouiſsimum dicitur idem habet Chryſoſt. tom. 2. hom. de Patre, & duobus filijs.

Sed certe quis poteſt affirmare mediũ durationis preceſſiſſe cũ Chriſtus veniet? quis etiam primam horam à meridie, diei finem appellet?

Ideo ipſe Euch. addit nouiſsimum poni propeſsimo, vt cum dicimus ad extremũ malorum, ob illorum temporum malitiam, nouiſsimam vocat horam, quod non omnio diſplicet, ſed non plenè ſatisfacit. Ideo alij putant horam nouiſsimam vocari tempus Euangelij, vt cum Matth. 20. nouiſsima hora dicitur, vndecima

decima, id eſt, tempus noui teſtamenti, & ad Hebræ. 9. Chriſtus venit in conſummationem ſeculorum, quia ſcilicet iam neque nouus legiſlator venturus eſt, neque noua lex aut Reip. mutatio expectanda. Sed in primis benè Pater Ribera. in c.9.ad Heb.improbat, quid enim nouiſsimæ horæ, aut ſeculorũ cõſummationi, cũ legis, aut Reip. mutatione? poſſunt enim ſæcula finiri, ſine mutatione legis, & è contra leges mutari abſque ſeculi conſummatione. quis præterea ſcit an plures anni fluent ſub lege euangelica, ac ſub ſcripta, aut naturali fluxerũt? Sed do quod non dat Ribera. tempus euãgelij dici horam nouiſsimam à Paulo, & fines ſeculorum 1. ad Corinth. 10. & 1. ad Thim. 4. id tamen in præſenti non quadrat, quia ſcopo Ioann. parum conducit, vt patebit perpendenti illa verba antichriſti ſunt multi, vnde ſcimus quia nouiſsima hora eſt.

Quare Gagneius, & alij de judicio vltimo futuro interpretantur, ſed neſcio quo modo Ioannem ſuam generationem, vocare poſsit nouiſsimam horam, cum ſciret



ſciret multa fore ſigna; quæ tunc non erant.

Quare dico primo Ioannes loquitur nõ de nouiſsima hora generali in judicio vniuerſali, ſed particulari incuiusvis morte, ſic expreſſe Anaclet. ep. 2 Decret. tom. 2. Conc. & Gloſa hic. dicitur autem nouiſsima hora, ſiue quia cuique erit nouiſſima, ſiuè, quia eſt nouiſsimæ horæ mundi ſimilis, vt Hiſpanè de re confuſa agentes dicimus, *es vn juizio*, ideo Ioann. multos commemorat Antichriſtos, quia de multis loquitur judicijs particularibus, & certe ad ſuadendam pietatem fortius prudens quisque ex proprij judicij inſtantis conſideratione mouetur, quam ex illa vltimi longinqua meditatione.

Dico ſecundò, vox illa *eſt*, non ſignificat, que ya eſtamos en la vltima ora, ſed quod eſt mors, & vltima hora. Probatur, quia hoc ſat eſt ad finẽ intentũ ab Apoſtolo, & tollit difficultates oppoſitæ expoſitionis. Nam vel dicis Diem judicij vniuerſalis, & ſic falſum eſt Ioannis tempore fuiſſe horam nouiſsimam, vel dicis de particulari, & ſic dubiam rẽ profferret Apoſto-

Apoſtolus ſi quidem multi illorum temporum Longam vitam duxerunt.

Circa 3. qui ſint hi Antichriſti licet gloſa non ſolum interpretetur de ijs, qui doctrinam Chriſto oppoſitam docent ſed etiam de Chriſtianis, qui quam fidem verbis profitentur operibus deſtruunt. Omnes tamen Patres de Hęreticis interpretantur Simone ſcilicet Mago, Menandro, eorum que ſectatoribus Saturnino. Baſilide Carprochate Berintho, & Ebione Chriſti diuinitatem humanitatem q; veram negantibus.

Cur autem eos vocet Antichriſtos primo Ireneus libr. 1. cap. 8. & Echum quia illius ſunt præcurſores ei iterparantes ſic enim vocat maximū magicæ impoſturæ peritiſsimum, ſecundo Origenes, homili. 24. in Matth. Generaliter, inquit, vnus eſt Antichriſtus illius vero multæ ſunt ſpecies, tanquam ſi dicas, mēdatium vnū eſt ſecundum autem differentias falſorū dogmatū dicuntur diuerſa mendatia. Ego exiſtimo eos Antichriſtos vocari, quia ſicut ille, vt habetur cap. 7. Dani. ſolium altiſsimi conteret, & putabit quod poſsit mutari



mutare tempora, & leges, ideſt, iuxta Theodor. quod poſsit religionem, quæ illo tempore vigebit funditus delere, ſic hæretici religionem, quæ eſt in Eccleſia putant ſe poſſe deſtruere.

Circa quartum. *A nobis exierunt ſed non erant ex nobis*, poterant fideles animo cadere, & de ſua perſeuerantia valde angi cum viderent Antichriſtos factos, qui pro Chriſto erant, & fidelium hoſtes, qui fideles fuerant ſimile ergo mihi continget dicet aliquis? Reſpondet Ioannes ex nobis prodierunt, ſed non erant ex nobis, ſed quomodo prodierint, cum intus, non eſſent declarandum.

Et primo Auguſt. tom. 7. libr. 2. cap. 8. de bono perſeuerantiæ & de correctione, & gratia cap. 9. Gloſa interlinealis & Lyra; indicantque Echum Gagn. Heſel. ac Dioniſ. & alij ex nobis non fuiſſe, id eſt, ex numero prædeſtinatorū interpretantur, ait enim Auguſt. eſſe quoſdam filios Dei qui non ſunt nobis & ſunt Deo. de quibus Ioan. cap. 11. quia IESVS filios Dei congregaturus erat in vnum, & ſunt alij Filij Dei nobis non tamen Deo.

vt hi qui ex nobis exierunt, ait ergo cum judicaremus ex nobis eſſe, & filios Dei, in uenti ſunt, & manifeſtati non eſſe ex elle ctis à Deo.

Sed nõ videtur omnio ſatisfacere primo qui enim ſcire poterat Ioan. vtrũ illi qui tunc erant antichriſti, pœnitentiam facientes ſaluarentur? & ſic iam erant prædeſtinati, ſed do Ioanẽ de hac re habuiiſſe reuelationẽ, & ex maximis hæreſiarcharũ vitijs coniecturã feciſſe nõ eſſe ex prædeſtinatis; id tamẽ non emoliebat, fidelium difficultatem, circa propriam perſeuerantiã, id enim ipſi poterãt dubitare an ſicut illi, etſi fideles fuiſſent prædeſtinati non erãt, ſic & ipſi; vnde non tollitur ſed augetur hac reſponſione quare 2. Claudius & alij Reſpondent ſuponendo Ioann. agere cum Iudæis, qui etſi ex Iudaiſmo prodierint ad impugnandum Chriſtum non tamẽ erant ex veris Iudæis, ſi enim eſſent confiterentur Meſiam, & ei quem ſpectabant adhærerent de huiusmodi enim Iudęis dicitur Apoc. 4. num. 4. *Qui ſe dicunt judæos eſſe, & non ſunt*, Sed de Sinago ga Sathanæ, & ad Rom. 9. *Non omnes qui exci-*



*excircunciſsione ſunt Iſrael, ij ſunt Iſraelitæ, neque qui ſemen Abrahæ omnes filij.* cap. 2. numer. 25. non *Qui in manifeſto iudæus eſt neque qui manifeſto in carne eſt circunciſio.* Vnde cum Natanael deſiderium oſtenderet Meſiam videndi verus Iſraelita à Chriſto vocatur Ioannem. 9. *Quaſi non eſſent ex veris* Iſraelitis, qui Chriſti deſiderio nõ tenerentur. Ait ergo ex nobis exierunt idelt à patribus venerunt ſemen ſunt carnale Abrahæ, non autem erant ex nobis quia non ſemen ſpirituale erant.

Sed hanc expoſitionẽ nõ admitto quia nititur falſo fundamento ſcilicet quod cũ judæis agat, ſolũ agit enim generaliter, vt vidimus cum Patris omnibusq; fidelibus, antichriſtosque vocat hæreticos ex fide exeuntes, ſiue Iudæi prius fuerint ſiue ethnici, vt ex communi omnium expoſitione cõſtat. Ideo vt quid ſententiam dicam ſuppono veriſsimam doctrinam quam traddit Cypri. lib. de ſimplicitate prælatorum & lib. 1. Epiſt. 8. ad Mag. Hæreticos prius quam aperte ſe prodeant iam ab eccleſia occulte fide & moribus diſceſiſſe cui conſonat Hier. tom. 5. in vltimis verbis libr. 1.

libr. 1. in Hieremiam feras, inquit, prodeunt hæretici, vt publice colant quod iã intus venerabantur, Aug. quoq; tract. 1. in hanc Epiſtolam neminem teſtatur ab Eccleſia paſſe diſcedere quam prius ſe occultè animo ab ea diuiſerit.

Hoc ſuppoſito dico Hæreticos exijſſe ab Eccleſia palam negantes fidem quam iam dudum factis & animo negauerant ex nobis exierunt aperte qui nõ erant ex nobis occulte; hæc concluſio probatur primo auctor. Flauiani Cõſt. in reſcripto ad Leon. Pap. defictis Chriſtianis hæc verba exponentis, & teſtimonio Cypriani qui libro de vnitate Eccleſiæ, triticum, inquit, nõ rapit ventus, neque arborem ſolida raddice fundatam procela ſubvertit, inanes paleæ tempeſtate iactantur, invalidæ arbores turbinis incurſione evertuntur hos execſatur Ioann. exierunt ex nobis ſed non erant ex nobis ex area exit palea ſed non erat extritico, &c.

Adde auctoritatẽ Aug. hic cũ exprofeſſo locum tractat ſic (inquit) ſunt facti in eccleſia quomodo humoreſmali in corpore, quando evomuntur, rellebatur cor-

pus



pus, ſic quando exeunt rellebatur Eccleſia, & dicit corpus quando eos evomit ex me exierunt humores illi, ſed non erant ex me, non enim ex carne mea preciſi ſunt ſed me præmebant &c. Videtur habere Caietan. qui erant ex nobis non conſtabant, vt cum dicit Chriſtus de mundo non eſtis. No eran de nueſtro humor, ni confrontaban con nueſtro modo de viuir.

Probatur expoſitio ex Ioannis mente quia ſic optima redditur bonis conſolatio, qui cum bene viuant timent in flagitia immaniſsima ruere ſicut, cum abeunte Apoſtata, vel eiecto facinoroſo quis ſolatur bonos perterritos dicẽs iam dudum hi non erant ex nobis, iam operibus exierant; at vos qui ex nobis eſtiſquique bene viuitis nihil tale timeatis, & confirmatur ex contextu ſequẽti, ſi fuiſſent ex nobis permanſiſſent nobiſcum, id eſt, ſi moribus nobiſcum conueniſſent non nunc in fide à nobis diſſentirent. Sed ideo Deus permiſsit eos labi, vt manifeſti fierent, quoniam non omnes ſunt ex

nobis

nobis ideſt non omnes qui Chriſtiani dicũtur Chriſtianos cenſendos eſſe juxta id Pauli 1. ad Corint. 11. numer. 19. Oportet Hereſes eſſe vt qui probati ſunt manifeſti fiant in vobis.

# FIM.

Impreſſo con licencia dela Sancta Inquiſicion, y Ordinario, y dela Meſa de Palacio.

*EN LISBOA.*

Por Vicente Aluarez, Año 1609